



## Over dit boek

Dit is een digitale kopie van een boek dat al generaties lang op bibliotheekplanken heeft gestaan, maar nu zorgvuldig is gescand door Google. Dat doen we omdat we alle boeken ter wereld online beschikbaar willen maken.

Dit boek is zo oud dat het auteursrecht erop is verlopen, zodat het boek nu deel uitmaakt van het publieke domein. Een boek dat tot het publieke domein behoort, is een boek dat nooit onder het auteursrecht is gevallen, of waarvan de wettelijke auteursrechttermijn is verlopen. Het kan per land verschillen of een boek tot het publieke domein behoort. Boeken in het publieke domein zijn een stem uit het verleden. Ze vormen een bron van geschiedenis, cultuur en kennis die anders moeilijk te verkrijgen zou zijn.

Aantekeningen, opmerkingen en andere kanttekeningen die in het origineel stonden, worden weergegeven in dit bestand, als herinnering aan de lange reis die het boek heeft gemaakt van uitgever naar bibliotheek, en uiteindelijk naar u.

## Richtlijnen voor gebruik

Google werkt samen met bibliotheken om materiaal uit het publieke domein te digitaliseren, zodat het voor iedereen beschikbaar wordt. Boeken uit het publieke domein behoren toe aan het publiek; wij bewaren ze alleen. Dit is echter een kostbaar proces. Om deze dienst te kunnen blijven leveren, hebben we maatregelen genomen om misbruik door commerciële partijen te voorkomen, zoals het plaatsen van technische beperkingen op automatisch zoeken.

Verder vragen we u het volgende:

- + *Gebruik de bestanden alleen voor niet-commerciële doeleinden* We hebben Zoeken naar boeken met Google ontworpen voor gebruik door individuen. We vragen u deze bestanden alleen te gebruiken voor persoonlijke en niet-commerciële doeleinden.
- + *Voer geen geautomatiseerde zoekopdrachten uit* Stuur geen geautomatiseerde zoekopdrachten naar het systeem van Google. Als u onderzoek doet naar computervertalingen, optische tekenherkenning of andere wetenschapsgebieden waarbij u toegang nodig heeft tot grote hoeveelheden tekst, kunt u contact met ons opnemen. We raden u aan hiervoor materiaal uit het publieke domein te gebruiken, en kunnen u misschien hiermee van dienst zijn.
- + *Laat de eigendomsverklaring staan* Het “watermerk” van Google dat u onder aan elk bestand ziet, dient om mensen informatie over het project te geven, en ze te helpen extra materiaal te vinden met Zoeken naar boeken met Google. Verwijder dit watermerk niet.
- + *Houd u aan de wet* Wat u ook doet, houd er rekening mee dat u er zelf verantwoordelijk voor bent dat alles wat u doet legaal is. U kunt er niet van uitgaan dat wanneer een werk beschikbaar lijkt te zijn voor het publieke domein in de Verenigde Staten, het ook publiek domein is voor gebruikers in andere landen. Of er nog auteursrecht op een boek rust, verschilt per land. We kunnen u niet vertellen wat u in uw geval met een bepaald boek mag doen. Neem niet zomaar aan dat u een boek overal ter wereld op allerlei manieren kunt gebruiken, wanneer het eenmaal in Zoeken naar boeken met Google staat. De wettelijke aansprakelijkheid voor auteursrechten is behoorlijk streng.

## Informatie over Zoeken naar boeken met Google

Het doel van Google is om alle informatie wereldwijd toegankelijk en bruikbaar te maken. Zoeken naar boeken met Google helpt lezers boeken uit allerlei landen te ontdekken, en helpt auteurs en uitgevers om een nieuw leespubliek te bereiken. U kunt de volledige tekst van dit boek doorzoeken op het web via <http://books.google.com>



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### **Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### **About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



4<sup>a</sup> = 8443

PLC  
2020  
S

252

Ia 7j

99-7

~~115-7~~

~~117-7~~



IACOBI IARDINII

INSVLENSIS

è Societate IBSV

ELEGIARVM SACRARVM

LIBRI TRES.

DE ARTE FORENSI

LIBRI DVO

R. 236.364

Opus posthumum,



MONASTERI WESTPHALIA,  
Apud BERNARDVM Raesfele.

CIO. 13C. XXXVI.

*Cum Privilegio Caesaris, & facultate Superiorum.*

1151

---

---

INDEX ELEGIARVM,

quæ tribus primis libris continetur.

LIBER I.

ELEGIA I. *Quàm verè humanus in suâ humanitate apparuerit CHRISTVS.* pag. 1.

§. 1. *Natiuitas: Circumcisio.* *ibid.*

§. 2. *De lotionè pedum.* 4.

§. 3. *Conuiuium.* 6.

II. *De Eucharistia institutione.* 7.

§. 1. *Amoris sollicitudo pro annonâ.* *ibid.*

§. 2. *Panis excogitatio & artificium.* 9.

§. 3. *Vltima cœna, & tempus passionis: consecratio, & fides hic requisita.* 12.

§. 4. *Institutio consecrationis, & puritas in communione requisita.* 15.

) ( 2

III. Pro-

I N D E X

- III. *Proponitur D. BERNARDVS cum fasciculo instrumentorum passionis.* 17.
- CHRISTI PATIENTIS DOCUMENTA.**
- IV. *Sudor sanguineus.* 27.
- V. *Comprehensio.* 30.
- VI. *Alapa.* 32.
- VII. *De opprobriis in domo Caipha, & negationibus Petri.* 33.
- VIII. *Circumductiones, & Barabbæ pro CHRISTO electio.* 35.
- IX. *Flagellatio.* 37.
- X. *Coronatio.* 39.
- XI. *Condemnatio.* 42.
- XII. *Portatio Crucis.* 43.
- XIII. *Transitus in Caluariam.* 46.
- XIV. *Crucifixio.* 48.
- XV. *De Crucis titulo, & opprobriis.* 50.
- XVI. *Dolorum enumeratio.* 52.
- XVII. *Christianus ager & moribundus adumbrans in seipso Crucifixum.* 53.
- XVIII. De**

ELIQUIA RVM.

- XVII.** *De primo verbo:* Pater di-  
mitte illis, &c. 55.
- XIX.** *De secundo verbo:* Hodie me-  
cum eris in Paradiso. 58.
- XX.** *De tertio verbo:* Ecce Filius  
tuus: ecce Mater tua. 61.
- XXI.** *De quarto verbo:* Efi, Eli, lam-  
ma sabaſthani. DEVS meus,  
DEVS meus, VI quid dereli-  
quiſti me? 63.
- XXII.** *De quinto verbo:* Sitio. 65.
- XXIII.** *De ſexto verbo:* Conſumma-  
tum eſt. 68.
- XXIV.** *De ſeptimo verbo:* Pater, in  
manus tuas commendo ſpi-  
ritum meum. 71.
- XXV.** *Mors.* 74.
- XXVI.** *De inclinatione capitis, &  
vulnere lancea.* 75.
- XXVII.** *Perfoſſi lateris commoda, &  
delicia.* 77.
- XXVIII.** *Exſequia, & ſepultura.*  
80.

I N D E X:

LIBER II.

- ELEGIA I. *Ad Diuam Grauelin-*  
*ganam Auctoris pro seipso So-*  
*teria.* 83.
- II. *Leodiensium Sodalium sub tupa*  
*gemmarum oblatio.* 89.
- III. *De B. Virginis statuâ in montem*  
*Sanct-Ægidianum transla-*  
*tâ.* 93.
- IV. *De aureâ B Virginis statuâ vase*  
*Eucharistia superimpositâ.* 98.
- V. *Officia Prefecti Sodalitatis.* 104.
- VI. *Ad Sodales Parthenios aqua Spa-*  
*dana potores, ut in festum Af-*  
*sumpta Virginis redeant.* 111.
- VII. *De Deipara imagine in siluâ*  
*prope Leodium à quodam elo-*  
*quentia studioso in gratiam*  
*reliqua iuuentutis colloca-*  
*tâ.* 116.
- VIII. *De ceruinis cornibus in cande-*  
*labrum aptatis, & mediâ Dei-*  
*para statuâ sustentibus* 122.
- IX D

ELEGIARVM.

- IX.** De XII. legibus Parthenica Sodalitatis, ad Iuris-consultos. 128.
- X.** De canticis horarijs B. Virginis, & Psalmis funeralibus, alijsq; eius-modi. 132.
- XI.** Ad constantiam in fide auitâ, & Sodalitio Magna Matris Paranesis. 136.

LIBER III.

- ELEGIA I.** D.IGNATIVS sacram militiam edocet. 141.
- II.** Laudum Dei è rebus creatis collectio, ex aspectu horti, &c. 152.
- III.** De B. FRANCISCO BORGIA, magistro aula Christiane. 165.
- IV.** Paraphrasis psalmi quinquagesimi. 172.
- V.** De Crucifixis Iaponia. 179.
- VI.** De iisdem Iaponia Crucifixis. 182.
- VII.** De iisdem Crucifixis. 183.
- VIII.** De iisdem. 185.
- IX.** Ad Lyram MATHIÆ CASIMIRI SARBIEVIÛ VRBA.

I N D E X

- BANO VIII. Pont. Max. de-**  
*dicatam.* 186.
- X.** De Commentario **ÆGIDII**  
**BVGHERII** in *Canones Pa-*  
*schalem Victorij Aquitani.*  
188.
- XI.** De fonte *Iserio.* 192.
- XII.** IOANNIS COMITIS TIL-  
LII pro **FERDINANDO**  
*Cæsare victrix probitas & re-*  
*ligio.* 198.
- XIII.** **PETRO ALOYSIO CA-**  
**RAFÆ**, *Episcopo Tricaricen-*  
*si, ad tractus Rheni & partes*  
*Germania inferioris Apostolica*  
*Sedis Nuntio.* 206.

INDEX ELEGIARVM,

quæ duobus postremis libris  
continentur.

LIBER I.

AD IVRIS-CONSULTOS,

ELEGIA I, CHRISTVM *Advoca-*

1117

ELEGIARVM.

- tum & imitari.* 213.  
 II. CHRISTVS *infans quomodo*  
*Aduocatus.* 214.  
 III. CHRISTVS *Aduocatus in*  
*Cruce, &c.* 216.  
 IV. *Iuris-consulti quomodo tutio-*  
*res esse possint.* 218.  
 V. *Nihil iniquum amplecti.* 220.  
 VI. *studii assiduitas, & preces.*  
 221.  
 VII. *Ne nimis multa suscipere.* 224.  
 VIII. MARIAM *colere & imitari,*  
*miserisq; patrocinari.* 226.  
 IX. *De Sportulis.* 228.  
 X. *De Sportulis moderatis.* 231.  
 XI. *Epilogus.* 235.

LIBER II.

AD IVDICES.

- ELEGIA I. *Primum subsidium*  
*Extremi iudicij meditatio.*  
 237.  
 II. *Ex quâ hominum classe plures*  
*perire videantur.* 241.  
 III. *Ter-*

INDEX ELEGIARVM.

- III. *Tertium subsidiū & quartum* <sup>ad</sup>  
*frequens inspectio sui, & sacro-*  
*rum usus.* 245.
- IV. *Quintum subsidiū: Sodalitas,*  
*& B Virginis cultus.* 247.
- V. *Prudentia, & Eruditia.* 249.
- VI. *Probitas, & bona fama.* 251.
- VII. *De iudiciis criminum.* 253.
- VIII. *Ordo, & forma iudiciorum.* 255.
- IX. *An* <sup>quis</sup> <sup>in</sup> <sup>causa</sup> <sup>reus</sup> <sup>innocens</sup>  
*innocens secundum allegata*  
*condemnari possit?* 258.
- X. *De fraudibus fori ciuilibus, & pri-*  
*mò de causis ludicris & mi-*  
*noribus.* 259.
- XI. *De causis grauioribus.* 262.
- XII. *De causis dubiis.* 264.
- XIII. *De equitate, & personarum*  
*nullo discrimine.* 269.
- XIV. *De muneribus & conuiuiis.*  
 271.
- XV. *De Sportulis Iudicum.* 275.
- XVI. *Epilogus.* 277.

AP.



**E**go infra-scriptus Societatis IESV in Gallo-Belgicâ Prouincialis, potestate mihi ad hoc factâ à Reu. Admod P. N. Generali, facultatem concedo, ut Elegia Sacra, & Ars Forensis, quinque libris comprehensa, à Reuerendo P. Iacobo Iardinio Insulensi è Societate IESV composita, eiusdemq; Societatis Patrum iudicio approbata, typis munitur, & distribuatur. 3. Octob. Anno 1636.

Franciscus de  
la Croix.

**E**legias Sacras & Artem Forensis, quinque Carminum libris comprehensa, à R. P. Iacobo Iardinio Insulensi è Societate IESV eleganter composita, vidi, & magno literarum ac virtutis bono publicanda censui. Antuerpia, M. DC. XXXVI. XIV. Februarii.

Gaspar Estrix, Plebanus & Librorum Censor.

ILLVSTRISSIMO

AC

REVERENDISSIMO

PETRO ALOYSIO

CARAFÆ,

EPISCOPO

TRICARICENSI;

ac nuper

Sedis Apostolicæ ad tractum Rheni, & Inferioris Germaniæ Prouincias cum potestate Legati à Latere Nuntio.



Alter iam annus abiit, ILLVSTRISSIME PRÆSVL, ex quo post fata superstes IARDINIUS noster in publicū prodire, ac relictis Belgij, Germaniæ

)(

nig.

## DEDICATIO,

niæque finibus in Italiam penetrare cogitat, ut tandem aliquando Tricaricæ redditus, tuo in sinu conquiescat, cuius ora venerationis plena, Musis suis amica, fauorisque indices oculos persæpe sensit. Dilata desideria, nescio quâ temporum præteritorum acerbitate, quæ Typographis terrorem ortumque biennio ferè integro pepererunt, non modò quidquam de antiquo remiserrunt; sed fractis veluti ergastulis sibi restituta, mitum quantum accreuerunt, depulsis ut tenebris, quibus involutus Puffio delituit hætenus, Tuo favore, intra anni solisque vias, extra caninos Zoilorum den-

## DEDICATIO.

dentis, liberè inambulari & peruagari possit. Neque verò conscientiam rectè & ex arte factorum fretus nihil veretur sapientissimi iudicij tui aleam subire; sed imperij à Te accepti memor, cum animos faceres ad audendum, quod cogitare nefas ducebat, omnibus, Tibi què; imprimis testatum venit, quod magnorum virorum iussa, ijs què; obsequendi studium, & — *cura non ipsam in morte relinquunt.*

Accipe, PRÆSVL MAGNE, exiguo hoc in opusculo beneficiorum ingentium memores animos, non vnus LARDINI dumtaxat, sed omnium, quot quot auit Collegium Societatis IESV Leodij toto decennio, quo

) ( 2 In

## DEDICATIO.

Inferiori Germaniæ cum potestate Legati à Latere, incredibili omnium Ordinum approbatione, vitæque integritate præfuiſti, Simul illud in bonis tuis recenſe, remotū Te licet, infimis æquè vt ſummis quotidie præſentem obuertiari. Geſtiunt enim vero audito etiamnum **CARAFEO** nomine parietes Gymnaſij noſtri, quibus concluſi Tyrones Eburonici prima Grammaticæ elementa docentur. applaudunt Theatra & pulpita, quibus vnus omniū inſtar fuiſti, vt lectiſſimæ tibiq; additiſſimæ Iuuentutis ſtudiū excitares, lucemque Illuſtriſſimus Auditor affunderes. meminertunt ſeptena Magnæ Matris

## DEDICATIO.

gris Sodalitia, quibus excolendis hac in Vrbe Societatis nostræ homines vtilen admodū operam nauant, meminert, inquam, fauoris ac beneuolentiae tuæ testificationem; & admirantur, quòd postpositis cuiuscumque momenti negotiis, præsentiam tuam nunquā es passus desiderari, quoties eā esse in votis intellexiti : adeò Te Præsulem amicum non minùs, quàm dignitatis tuæ retinentem exhibere consueueras. Denique tota hac nostra Societatis IESV familia, publico Leodiensis Reipub, Patriæque bono deuota, æternùm fouebit animo iacundissimam gratissimamque Tui; & benefacto-

# DEDICATIO.

factorum tuorum recordationem : quam si pari officiorum genere cerā Tibi probatamq; præstare non potest, Magnitudinē tuā adscriptam velim, quæ celsiorem n̄ arborem excreuit, quàm ut e pro dignitate humiles seruant myricæ. DEVS OPT. MAX. Illustrissimam Dominationem Tuam, multos annos tui suæ, Totiq; Ecclesie seruet incolumem. VII. Idus Nouemb. MD. C. XXXVI.

Collegium Leodiense  
Societatis IESV.

IA-





IACOBI IARDINII  
è Societate IESU  
ELEGIARVM  
SACRARVM  
LIBER PRIMVS.

---

ELEGIA I.

*Quàm verè humanus in suâ huma-  
nitate apparuerit CHRISTVS.*

S. I.

*Natiuitas, Circumcisio, &c.*

**V**T nihil humanis humanum in re-  
bus inesse  
Maximùs æthero vidit ab axe  
DEVS,  
Suppressum numen mortalibus abdere  
membris,  
Et statuit vultus dissimulare suos:  
Matrèq; formosâ factus formosior infans,  
Pro solio teneræ brachia Matris habet;  
Dulceque subridens, & maiestate serenâ  
Exhibet officii signa secunda sui.

A

Hic

2 IACOBI IARDINII

Hic ubi pro toto DILECTVS nascitur orbe,  
Inuenies nullâ limina clausa serâ.

Omnibus expositæ valuis bipatentibus æ-  
des

Esse palam populo Principis ora sinunt.  
Ille suas nullis aſſeruat clauibus arcas:

Sed dare vult rotas quas habet intus opes:  
Si quidquam capit, id multo cum fœnore  
reddit:

Si sapitis, Pucro munera ferte viri  
Nec minùs vpilio quàm Rex admittitur  
illic,

Nec minùs ille auro cymbia factus amat.  
Ille perhumanis ad ſingula niſiat ocellis,  
Quâq; potest Infans munera voce probat:  
Extendensque manus, pro donis vulnera  
ſpondet,

Vulnera per longam ſuſcipienda trabem.  
Illa (vides?) paruâ circumdata membra la-  
cernâ

Sanguinis immenſum fundere flumen  
amant.

Ite moræ, dixit, ter denos nil moror annos;  
Nunc etiam cultro, nunc patet ecce locus.

Vt videt octonis ſe vix natum eſſe diebus,  
Paruula venarum clauſtra patère iubet.

Nec decor omnis abeſt, oculo ſi fortè ma-  
denti

Plurima per teretes deſluit vnda genas:  
Nam quor habet lacrymas, tot geminis v-  
da retinet

Pal-

ELEG. SAER. LIB. I. 3

Palpebra, & egregio perluit imbre sinum,  
Diua Parens illas tremebundo pollice sic-  
cans,

Sedula linteolo colligit in strophio;  
Et formosa sui superirrigat ora Puelli,  
Et tepido socias rore maritat aquas.

Scilicet ingenuos lacrymæ testantur amo-  
res, (dem.

Nec probat humanam res magis vlla si-  
En tamen & sacro manat de vulnere san-

Quò valeat Patri conciliare reos. (guis,  
Exuitur, præbetque patens ad vulnera cor-  
pus,

Corpus, vbi cultro vix locus esse potest.  
Purpureo manât teretes ex vulnere guttæ,  
Dum teneram excindit fixa machæra  
curem.

Hos aliquis riuos dū spectat, Desine, dixit,  
Tu mihi iam sponsus sanguinis esse potes:  
Et tua sat misero patet humanissima mūdo  
Gratia, amicitia claudè fluentia tuæ.

Sic bene vestitur, proprioq; cruore decorus  
Splendicat in rubeâ candidus ille togâ.  
Candidus & rubicundus hic inter quippe  
fodales

Mille suos cultu splendidiore micat.  
Ut magis in totâ malus viret vnica siluâ,  
Delicium atque sui gloria prima soli:  
Illius ad frondes & opaci tegmina rami  
Vassula turba æstus deposuere suos;

4 IACOBI IARDINII  
Interea placido sinuatur fornice matas,  
Nec fugiūt auidas publica poma manus:  
Sic quoque DILECTVS juvenes micat inter  
ephebos  
Formosoque magis enitet ore meus.

S. 2.

*De lotionis pedum.*

It, redit, obsequiumque ceter se versat in omne,  
mne,

Nec mediastinus respuit esse suis:  
Dat manibus lymphas, pedibusque aduoluitur ipsis.

Mira canam; quisquis perlegis ista, stupe.  
DILECTVS memor vsque sui, memor vsque suorum,

Celsa prius sœtuâ quàm petat astra nece,  
Surgit, & à cœnâ scenam parat; ocyus illuc  
Spectandi studio cœlica turba ruunt.

Néve moram nectat, (mora parua molostat amantem )

In medium positâ profilit ecce togâ,  
Et modicè tunicam zonâ stringente fluentem,

Exerta in madidum brachia jactat opus:  
Carbaseosq; sinus candenti sindone cingit,  
(Interni fuerat pectoris ille color.)

Et calidos latices vndanti infundit aheno.  
Et thyma dulcicuâ florida macerat aquâ.

Cet-

ELEG. SACR. LIB. I. 5

Cernuus, & plantas acclinis adusque suorū,  
Subluit immersos rore repente pedes.

Quò, DILECTE, manum? Phœbeos illa iugales

Aptior & mundo perpetuare diem;  
Aptior est nitidis cælū interstinguere stellis,  
Et grauidum vario pingere flore solum.

En! agitas sordes; & qui cælestia fecit,  
Procuruus putrem nil nisi tractat humū,  
Inq; suum defigit opus oculosq; manusq; ,  
Sollicitus minima tergere labe pedem:

Et dum pelluuium per cunctos ordine defert,

Tandem etiam Iudæa procidit ante pedes.  
At cur non, demens, cur non quoque, barbare, dicis:

Nil opus est plantas, cor mihi terge prius?  
Ille quidem voluit, talumque vtrumque  
prehensans,

Optauit refugos sistere posse pedes:  
Pro laqueisq; manus habuit, pro glutine  
lympham;

Et caua, pro facili compede, peluis erat.  
O! quoties dixit, plantā dum perfricat udā

Ex hoc corde tenax tu quoq; crimen abi

O! quoties blandis figens obrutibus hostē,  
Est tenui visus dicere voce? Mane:

Proque tuæ mentis ne dedignare lauacro  
Has aquilas hodie; cras tibi sanguis erit.

Dixit, & extēsis superingerit oscula plantis,

A 3 Oscula

6 IACOBI IARDINII

Oscula sed nullo sublixa felle doli.

Quid faciet sociis, qui sic amplectitur ho-  
stem;

Tamq; ferum pensat gratia tanta nefas

§. 3.

*Convivium.*

Iam loti mundi que omnes, soleaq; reuincti

In cœnam pictis accubere toris.

Vnus habet sordes, (omnes non inquinat  
vnus,)

Itur in insolitas, maxima sacra, dapes.

Nève, quod est vitæ, fiat quoque finis a-  
mandi,

Ipsam post mortē viuere quærit amans.

Tempus ut agnouit, Nunc, nunc, Amor o-  
ptime, dixit,

Materiam quâ sis officiosus habes:

Si morimur, numquam certè morientur a-  
mores,

Et mea post semper fata superstes erit.

Inuenienda via est, quâ sim migransque  
manensque, (amor:

Ut meus hinc abiens hinc quoque perstet

Vique abiens maneam, subque omni corde  
quiescâm,

Sunt mihi naturæ iura nouanda mea.

Esse cibus possum, iâ me comedetis, amici;

Pane regar, carnes dissimulante meas.

Quid

ELEG. SACR. LIB. I. 7

Quid dabimus magnum, nisi donum æ-  
quemus amori?

Et mihi, me præter, quid satis esse potest?  
Accipite hoc, inquit, (panem tunc dextra  
tenebat)

Paucaque dum cessat dicere, panis abit;  
Succedunt viuiq; artus, humanaq; mēbra,

Totus & exiguo clausus in orbe Deus:  
Conuiuasque suos simili recreare Falerno

Dū parat, humanus pocula sanguis erant.  
Sanguis erant, vini referens speciemque,  
coloremque,

Inque suo totus sistitur ipse scypho.  
Esse quid hoc dicas, nisi desipienter amare;  
Dum sua sic inter pocula ludit Amor?

---

ELEGIA II.

De EUCHARISTIAE institutione.

§. I.

*Amoris sollicitudo pro annonâ.*

Diuus Amor quondam (mentes aduertite  
Mystæ)

Condedit ipse suâ candida liba manu.  
Tunc grauis esuries erat; & sine fruge se-  
nescens

Nulla Dei aut Cæli munera nôrat humus.

A 4

Quid.

8 IACOBI IARDINII

Quidquid erat frugum , cum pomo ab-  
sumperat vno

Primus in orbe parens, & tamé ille nepos.  
Prodigus ille nepos nulla híc frumenta re-  
liquit,

Posteritas languens & sine fame fuit.  
Sensit Amor damnum , atque nouo pro  
pane laborans,

Sedulus omnimodam sollicitabat opem:  
Nilque satis mundo, quod iam dare posset,  
habebat;

Ipse (quis hoc credat?) iam quoque pau-  
per erat:

Quidquid humus latebrosa sinu locuplete  
recondit,

Quidquid gemmiferi subluit vnda maris;  
Ipsaque quidquid habet Diuorum regia,  
elamat,

Hæc desideriiis esse minora suis.

Quid faciat? rursusne cibos educat ab alto,  
Et de fœcundis nobile manna polis?

Manna quater binis deserta per auia lustris  
Nutriit Hebræos absque labore Patres:  
Manna potens artes Phariæ superare cu-  
linæ,

Subque vnâ cunetas fruge referre dapes;  
Nec totum partem exuperat, neque pluri-  
ma paucis

Præstant, nec toto pars habet vna minus:  
Pluribus & tantum quantum vel sufficit vni,  
Quod-

ELEG. SACR. LIB. I. 9

Quodq; sat est puero, plus satis estq; viro.  
Attonitis hæret animis iuuenesq; , senesq; ,  
Deq; stupore, rei nomina ducta manent.  
Hoc & Amor poterat mundo dare rursus  
egenti,  
Inque dapæ tantas applicuisse manum:  
Maior agit calor intus, & ad maiora pro-  
pellit;  
Nunc putat esse parum, quod nimis an-  
te fuit.  
Quæ prius in gracili dederat miracula  
mannâ,  
Iste futurorum ludus & umbra fuit.

S. 2.

*Pænis excogitatio & artificium.*

Res ipsas, & vera canam, discedite sensus;  
Non sunt ad vestros, quæ loquor, apta  
modos.  
Sola carens oculis, sed aperta molliter aure,  
Adsit cum niueâ Simplicitate Fides.  
Alma Fides oculis renuit cognoscere quid-  
quam,  
Pluraque per tenebras & sine luce vider.  
Illa docet placidâ dictis submittere mentem,  
Et credit sensus posse quod esse negant.  
Oedipus est oculis, sed lumine pectoris Ar-  
gus:  
Quodq; nequit toto corpore, corde capit.

10 IACOBI IARDINII

DILECTVS miras pinsendi reperit artes,  
 Insolitiq̄ue auct̄or panis in orbe fuit:  
 Quē neq; posse dari, n̄i iā datus ille fuisset,  
 Credat homo; planam res facit ipsa fide.  
 Ergōne, dicebat tantis ardoribus vltus,  
 Par nequeam votis ipsemet esse meis:  
 Nec dare quid possim, quod nostros æquet  
 amores?

Ni possim, ô inopis conditionis Amor!  
 At potero, si perpetuam mutatus in escam,  
 Ipse ego pro mundo paupere panis ero.  
 Possumus; huc totos extēde potētiā nervos:  
 Hoc Amor, hoc nostri poscit Amoris opus.  
 Cetera quæ totis dedimus miracula seclis,  
 Ista meis digitis actā fuēre tribus.  
 Ludus erat, picto consternere tornice cælū,  
 Stellisq̄ue æthereas contabulare domos;  
 Ludus, in immēsas terrā cōvoluere moles,  
 Inter & effuso dissociare freto:  
 Nunc tempus geminos ad opus proferre  
 lacertos. (tes.

Aude age nunc, quidquid vls animosa po-  
 lam faciā, fieri quidam quæ posse negabāt.  
 Et tamen effectus sunt habitura suos:  
 Et faciā nitido panem descendere cælo;  
 Far simul, & farris nempe subactor ero.  
 Hæc ait, & cælo sese demittit ab alto  
 Desilius in terram, terraq̄ue Virgo fuit.  
 Vellera sic tacito maduēre nitentia' rore,  
 Cum res in signum pro Gedeone cadit.

Muc

ELEG. SACR. LIB. I. U

Huc lapsum cælo frumenti nobile granum  
Creuit, & en qualis nascitur inde seges L.  
Scilicet exoritur moriens, surgitq; cadedo,  
Deq; suo immensum funere tœnus habet.  
Frumentisne vnquã dabitur melioribus vti,  
Quam dum frumentum est, ipsaque  
massa, Deus? (rotatque,  
Hanc massam sibi format Amor, versatq; .  
Et pugno totam profubigente domat.  
Heu mihi! quot pugnis agitur, quam ver-  
bere crudo!

Heu mihi! quam durã vapulat iceta manus!  
Et permiscet aquas oculo laerymante te-  
pentes,

Guttisq; assiduis grande madescit opus.  
Sanguis ei vinũ, rubeus pro nectare sudor  
Liquitur; ipse sui nectaris vna fluit.

Sic larga è Cyprio promanant Massica bo-  
tro,

Balsama sic fisso cortice pura fluunt.  
Terque decem labor hic durauit & am-  
plus annos,

Expositus mundo panis vt iste foret.  
O quoties sudans, quoties dixitq; laborans:  
Sic homini fieri potus & cica voto!

Potus erit sanguis, carnem trademus in es-  
cam,

Efficiar viuo viuis in ore cibus.  
Ne viuas carnes exhorrescatis amici,  
Has ego triticea dissimulabo dape.

12      **IACOBI IARDINII**

Nec trepidate mei calicem potare cruoris;  
Ille cruor vobis nectaris instar erit.

Noster Amor nullam meliorem excogitat  
artem,

Possit ut in toto totus amante regi.

Dixerat hæc; sed & hæc modico post tem-  
pore fecit,

Promissumque iubet facta tremenda  
sequi.

**S. 3.**

*Ultima Coena, & tempus passionis;*

*Consecratio & Fides hic re-  
quisita.*

Annua prodlerat Paschalis tempora Sacri,  
Ritus ut à priscis traditus ibat aus;

Solaque legales onerabant azyma mensas,  
Azyma promissæ symbola certa dapis.

Munera, quæ promisit Amor moriturus,  
adornat;

Et propè quàm panis, tam propè funus  
erat.

Dum namque ista parat, gens illi perfida  
contra

Turpes insidias opprobriumque mouet.

Pars flagra, pars illi eadem meditata pro-  
pinquam,

Aptabat liluz ligna pudenda crucis.

Non

Non tamé improbitas animosi munus A-  
moris

Impedit; in finem durat & ardet amans.  
Sacra dies aderat, rebus quæ debita tantis  
Mosaicos ritus sepositura fuit:

DILECTVS, veteres procul vt depelleret  
vmbas,

Accipit in gemina paucula liba manu;  
Seriaque attollens æterno lumina Patri,  
Eloquitur plano talia verba sono:

Hoc quodcumque vides ( nullam hîc tibi  
tinge figuram)

Totus & est Sâguis, & Caro tota mea est.  
Hîc vbi panis erat, Carnem pro pane repo-  
no:

En degit modico Corpus in orbe meum.  
Quod cernis, non est ipsum quod cernis,  
& inde,

Quod fuit, abcessit, nudaque signa ma-  
nent;

Resq; carens signis, & signa carentia rebus,  
Signa tibi ingenuæ credulitatis erunt:

Et, quod ago, quamuis pars credere multa  
laborer,

Credere qui renuet, non erit ille meus.  
Si se celat Amor, nec vult sua dona videri,  
Illa tamen verbis dissimulare nequit.

Nec quidquam obscurans facit, omni vt  
fraude remota,

Candida quàm vestis, tam sibi verba fo-  
rent.

Est sincerus Amor: latebras si querit habetque,

At vocū ancipites non amat ille dolos.  
 Ille quidem latitat; sed vult latitare videri,  
 Et bene per clathros cernere cuncta suos.  
 Credere qui rennis, nimum diffidis amantie  
 Cur vocum anfractus tecta que verba times?

Quod fecit, potuisse negas, fingisq; loquace.  
 Dicere plus linguâ, quàm valuisse manu.

Estne dolosus Amor, qui sic mēdacia texat,  
 Aut reddat verbis facta minora suis?

Cum dixit, fecit. Fiat lux publica, dixit;  
 Publica lux mundo protulit orta diem.

Dixit, & effecit, verboque potente vocatū.  
 Profilit in medium, quod fuit antè nihil.

HOC quoque cum dixit, panem discedere cogit,

Protinus & vacuo semet in orbe locat.  
 Est opus ipse suū, portatur & ipse ab ipso;

Nec minus ipse sibi potus & esca fuit.  
 Miratur noua dona Ceres, noua dona

Lyæus,  
 Nec sibi, qui fuerat, iam superesse locum:

Humanam carnem succedere cernit, &  
 ossa,

Sanguinis inque suos ire fluentia sinus.

## §. 4.

*Institutio Consecrationis & puritas in  
Communione requisita.*

Nec tamen hic subsistit Amor, miracula  
crescunt:

Quod potuit, socios hoc quoque posse  
facit. (nant

Et iubet ut faciant, & eadem voce repo-

Annona numquam deficiente dapem.

Vos, ego quod socii, pariter facietis amici;

Hoc, iubeo, vestrum sit quoque munus, ait.

Fieri idem vobis, si rem capiat eandem,

Vestraque sint verbis consona verba meis.

Hæc tormentorum vobis monumenta  
meorum

Permaneant nullo dissolvienda die.

Azyma sunt; sordes, & fermentata vetustas,

Et quidquid sanctum non sapit, este procul.

Nullus ad has epulas, nisi se probet ante,  
propinquet,

Nisi velit immensi criminis esse reus.

Qui nullum statuit mensam discrimen in illa,

Corporis ille mei est, sanguinis ille reus;

Iudiciumque sibi demens ferale propinat,

Tristiaque æternæ toxica mortis edit:

Pro vitâ mortem, caput in dispendia lucrû;

Pro veniâ æternam perniciosa refert.

PURUS

Purus es? eia tuz mihi pande sacraria men-  
tis,

Ingrediarque lubens, & tuus hospes ero.  
Latus vterque hospes mensâ comedemus  
in vnâ;

Illic delicias sumet vterque suas:  
Tu mihi nempe tuos tacitè cantabis amo-  
res,

Et gemitus auidâ sedulus aure bibam;  
Proque tuis lacrymis tibi vina rubentia  
reddam,

Vina, mei lateris qualia Vulnus habet.  
Excipies dulces taciturnâ mente susurros,  
Atq; per affatus murmura blanda meos.  
Hæc Amos : audiuere piæ bona carmina  
mentes:

Carmina sollicitam prolicuere famem.  
Hinc quoque nos adeò panem hunc opta-  
mus amantes,

Et grandes animos iugis orexis habet:  
Vtq; mala esuries toto procul exulet orbe,  
Condendus toto panis in orbe fuit.

Conditur, & semper ritu productus eodè,  
Peruincet viuax vltima secla cibus.

Quod dedit vna dies, totis non deficit an-  
nis:

Digna dies Crescâ non caritura notâ.  
Te primùm memores inter splendescere  
fastos

(Non ignota loquor) gens Leodina facit.  
Exci-

ELEG. SACR. LIB. I. 17

Excipit è cælo signum IULIANA propin-  
quum,

E fastis vnum discit abesse diem:

Et docet in sacras etiã referenda tabellas  
Tam venerabilibus debita festa sacris.

Consilijs adhibes, VRBANE, fidelibus aurẽs;

Hunc reliquas inter lux habet ista locum.

Vrbs Leodina dedit tanti primordia festi:

Inde facer toto nunc viget orbe dies.

---

ELEGIA III.

*Proponitur D. BERNARDVS  
cum fasciculo instrumento-  
rum passionis.*

S. I.

Fabricat omnis amans, & quæ fabrilia tra-  
ctet,

Perpetuò, si vult, gnauus amator habet.

Et suus est sancto labor exercendus Amori,

Et sua sollerti ligna dolanda manu.

Illi sunt vectes, illi sua tunditur incus,

Certaq; compositum librat amussis opus.

Quid? quòd & ille pius mundi pereuntis a-  
mator,

Et faber, & fabri filius esse velit.

Et

Et faber ille fuit præceptis doctus Amoris.  
 Hanc primam mundi condidit ille domū.  
 Sit faber ille mihi: qui me volet, inquit, a-  
 mare,

Sit vir, & exemplo se probet ille meo.  
 Hac ego si videor nimium sublimis in arte,  
 Tu fabros homines quos imiteris habe.  
 Quas vires petit in fabro tyrone magister,  
 Has Deus in cultu postulat ipse suos  
 Viribus hic opus est, animos petit illa viri-  
 les,

Quæ tenet ex ipso nomina ducta viro.  
 Brachia contendunt fabri; sed pectus a-  
 mantes:

Ingenio his opus est? Ingeniosus Amor.  
 Et sudant ambo; duris affluet usque  
 Fabricat hic terris; fabricat ille polis.  
 Ille celer scalis volitat super alta domorū;  
 Hic tacitâ cæli culmina mente petit.  
 Cuiq; suum portatur onus, tergoq; recisas  
 Applicat ille trabes; applicat iste crucem.  
 Adduplicant ictus: instat violentus uterq;  
 Hic terebrâ & clavis ligna; cor iste fodit.  
 Scala, vinci, forpex, clavi, terebella, securis,  
 Malleus, & cunei, vincla, columna, trabes,  
 Non minus illa mihi, quàm conuenientia  
 fabro;

Dum fabricat terris. hæc quoque  
 CHRISTVS habet.

## §. 2.

Hæc ego, confiteor, non sum perfectus in arte:

Vt discam, arma mihi prouidus ista paro.

Tu mihi discenti fies, mi CHRISTE, magister:

Ædificare tuâ quidlibet arte volo.

Illud opus primùm iuuenili molior ausu,

Quod docuit nostro visus in orbe Deus.

Multa quidem robusta facit; contignat Olympum

Sideribus, terræ picta theatra facit:

Illius omne opus est, quidquid natura coarctat,

Materiesque illi, quâ facit ista, nihil.

At mihi nō animus moles assurgit in istas:

Conueniunt digitis acta minora meis.

Vincla trabesque paro, rudibusque aptare lacertis

Ligna, quibus mundi est ædificata salus.

Hæc ego de siluâ mihi colligo tormentorū,

Quæ meus hoc nostro CHRISTVS in orbe tulit.

Hunc Amor è lignis fascem componit amarum,

De lacrymis pueri, deque labore viri:

Hic vigiles sunt excubiæ, sudorq; diurnus;

Hic mihi longa fames, hic mihi multa sitis.

20 IACOBI IARDINII

Hosiles hîc insidiaz, conuitia, sputa;

Hîc alapæ, clauis, spina, flagella, cruces.

Hîc mors, hîc vita est, hîc totus denique

CHRISTVS,

Vna salus animæ delictumque meæ.

CHRISTVS adest, sonuere cruces, sonuere  
flagella:

Signa fabrum nosco per sua, CHRISTVS  
adest.

Sic licet hîc merges spicatis horridus hastis,

Et sit in hoc tantum ferrea fasce seges;

Grata tamen seges est, & magni fœnoris  
instar,

Quæ venit ex Domini funere lecta mei.

Quid me funerei inessorem dicitis arui?

Cur mea censetur sanguinolenta seges?

Si fuit illa atro CHRISTI perfusa cruore,

Ille liquor mundo nectaris instar erat.

CHRISTVS vt est nudum percussus arun-  
dine pectus,

Hæc, dixit, vires vulnera mellis habent.

Melleus est hic fasciculus; quia melle re-  
dundat

Hic ager, vnde mihi tã bona inessis adest.

In essor, multam propera decerpere myr-  
rham,

Eoce tibi vbertim succina gutta fluit.

Fasciculus myrrinæ gremio sepositus o-  
perto,

DILECTVS, quanto pectus odore replet  
ille

Ille mihi medias inter versabitur vlnas:  
Hæc erit vna mei sarcina grata sinûs.

## S. 3.

Ibo ferent quocumque pedes, quocumque  
procella:

Hic equus in terris, hæc mihi cymba mari;  
Quique gradum firmet baculus comitatur  
euntem,

Ne mihi pes durâ cespitet actus humo.  
Si requiem posco fessus solisque viæque,  
Puluillus mediis ecce repertus agris.  
Et latus accingor gladio : quis me impetat  
hostis?

His quondam telis mors superata fuit.  
Præ manibus sunt illa meis, absistite pestes:  
Vos contra non est noster inermis amor.  
Esto, multa meæ commissa piacula vitæ  
Irritent superos, iniiciantque metus;  
Inueniam validas placandi Iudicis artes,  
Crux dabitur veniæ fida ministra meæ.  
Cur metuam infensi flammata Numinis  
iram?

Cur fremebunda tuas, quas iacis æthra,  
minas? (brat:  
Præmunitus eo, si me sacra laurus obum-  
Hac umbrâ numquam triste bidental ero.  
Stat securâ sui, nec fulmine vapulat vlllo  
Laurea, sed nudos sospirat illa viros.  
Hæc ego, quam cupij, sedeo tranquillus in  
umbrâ. O um-

O vmbra! ô votis arbor amica meis!  
 Fertilis, & ramis & fructibus arbor abun-  
 dans, (paris!  
 Quas mihi delicias, commoda quanta

S. 4. (amantes?)

Hinc mihi ligna patent: cur nō fabricamus  
 Nec mihi diuersum surgit Amoris opus?  
 Artifices adhibebo manus; quod condere  
 possim,

Sat mihi materiâ sufficiente patet. (pim,  
 Hac mihi de siluâ meditor cōpingere pup-  
 Quâ valeâ portus tangere nauta meos.  
 Alter erit mihi Tiphys, & altera quæ vehat  
 Argo,

Et fiam alterius vellere diues ouis.  
 Hoc spoliū in cælo est; illuc tentabimus ire:  
 Hæc vna est forti præda petenda rate.  
 En tabulæ, en clauis; sunt anchora, transtra,  
 rudentes,

Sunt mihi sidereis vela replenda Notis.  
 Pâniculi, miCHRISTE, tui mihi suppara fiet,  
 Malus, & antennæ, Crux erit vna, mex.  
 Vela sacer sinuabit Amor; numerosa carinâ  
 Propellet Virtus, atque celeusma canet.  
 Non sequar Andromeden, neque clari s-  
 gna Bootæ,

Nec Berenicei cæsariem capitis.  
 Est aliud sidus, multò mihi certius istis;  
 Quo duce per tenebras non meus errat A-  
 mor. Quia;

Quinque mihi rutilant CHRISTI de corpore  
plagæ,

Hæc mihi sint dubiæ sidera certa viæ.

Has egodû specté, cúctas superare procellas,

Et pòterò rabidi ferre pericla freti,

Quin & se totum dat in ipsa viatica CHRIS-  
TUS,

Quò possim victu nobiliore frui. (si;

Nulla mihi, nulla est metuèda penuria clasæ

Sunt mihi perpetuis omnia plena cibus:

Sûnt & aquæ dulces, rubeiq; fluèta liquoris,

De lateris largè suppeditante penu.

S. 5.

Ædificâsse mari satis est; nunc suppare ligno

Te decet in terris ædificare, faber :

Et facienda teges, quæ me peregriq;e, do-  
miquæ

Protegat, & certos det mihi tuta lares.

Vt testudò veham proprium sine pondere  
tectum;

Vtq;e peregrinus lata per arua Nomas.

Ingrediar quascumque vias, vbi cumque  
quiescam, (mus.

Seruor, & est mecum semper amica do-

Et domus est satis ampla, nec est mihi curta  
supellex: (mo.

Hic mihi nata ipsa commoda digna do-

Et mensa est, licèt hæc myrrhâ aspergatúr  
amarâ:

Qui-

24 IACOBI BARDINII

Quilibet in CHRISTO dulcis amarior erit.  
 Hic me, CHRISTE, cibus lacrymarum pane  
 tuarum,

Et bibitur certo lacryma mensa scypho,  
 O epulæ! ð animis grati sicientibus haustus!

O in corde meo dulcis amarities!  
 Et thorus est, lectusque mihi: requiescere  
 fas est,

Cùm volo, & optato mēbra leuare thoro.  
 Hic quondam in mortem meus obdormi-  
 uit IESVS;

Tam validus tanti somnus amoris erat.  
 Quàm iuuat hīc vitæ tristē edormire la-  
 borem,

Solamenque animæ ferre perenne meæ!  
 Dormio, corque meum vigilat: mihi credi-  
 te, numquam

Toto sopitur corde sepultus amans.  
 Nō iam, Sponse, peto medio in feruore dici,  
 Aut vbinam pascas, aut vbi fortè cubes?  
 Ecce meas vlnas namque inter & vbera  
 dormis,

Inque mei medio pectoris hospicio.

§. 6.

Leæule digne rosas, & odoriferā amaran-  
 tho,

Nunc te stipatum floribus esse licet.  
 Nūc tibi namque sacros etiam formabimus  
 hortos,

Vado

Vnde mihi florum plurima messis erit.  
 Hic suberit, quod semper amem, quod car-  
 pere possim:

Hic rosa multa meas implicitura comas.  
 Sit licet illa situ spinaque satellite cincta,  
 Spina mei Domini cinxit acerba caput,  
 Tempora dumoso præfert crinita galero,  
 Possim ego tam valido degener esse Duci?  
 Mollia spinoso pudeat sub vertice membra,  
 Fortunamque Duci nolle subire parem.  
 Sæpe mihi Cypris comitata Cupidine par-  
 uo

Ingeminat blando talia verba sono:  
 Indue nunc, BERNARDE, rosas, Tyriosque  
 colores:

Quid iuuat austerâ corpora veste regi?  
 Tunc est digna coli, cum mollior emicat  
 ætas;

Mox aderit furuo mors adoperta peplo.  
 Quid facerem? molline geram subtegmine  
 vestes,

Ille truci figat corpora nuda trabi?  
 Ipse comas orné, spinis caput ille prematur?

Ipse novas vestes, induat ille probrum?  
 Quo possum squallore tuos sensisse dolores  
 Dicar, & hæc vitæ tempora mæstus agâ.  
 Veste tegar vili, tonsis de more capillis.

Heu! quid gemma meis fulgear in digitis?  
 Cui colar in terris, aut cui placuisse laborer?  
 CHRISTE, mei cultus vnicus auctor eris.

## S. 7.

Nunc tempus resides ad opus reuocare la-  
certos,

Muneribusque nouis apposuisse manum.  
Verte stylum fabricator amans, noua com-  
cipe facta:

Nunc etiam, si vis, Bibliopegus eris.

Texendus liber est, per quem docearis amare,  
Et tacitos ignes mente legente bibas.

En mihi signatus sapienti lemmate codex?  
Non tamen ille oculis, mente legendus erit.

Hic liber est CHRISTVS. Numquid sua vin-  
cula secum, (notas?

Numquid habet miras candida charta  
Heu mihi quam validis vincitur funibus?  
Eheu!

Quam duram ardetur pagina pressa manu!  
Quam miserè vinctum flagra sanguine  
conseribillant!

Quam legitur rigido littera ducta stylol  
Et facili lectum est doctis, rudibusque chara-  
cter,

Vnicus in toto est codice scriptus Amor.

## S. 8.

Noster Amor varia simul exercetur in arte.  
His quoque de lignis en mihi facta lyra  
est.

Cessamus? cui non superos cantamus a-  
more; Immo-

ELEG. SACR. LIB. I. 27

Immemor & plectri stat mea dextra fuit  
Hac CHRISTVS totum testudine personat  
orbem;

Sic placidis homines attrahit illecebris.  
Desine mentiri, vatú malè docta vetustas,  
Orphea voce lyræ detinuisse feras;  
Et dum mellifluos attrectat pectine nervos,  
Flumina per solitas ire negasse vias;  
Auritas secum duxisse per auia quercus,  
Cumque auribus totú soll icitasse nemus.  
Vera loqui liceat ; multo cum verbera

CHRISTVS

Insonuit, veræ factus imago lyræ est:  
Siluestres posuere animos, & Marte relicto  
Pacem homines longâ percoluere morâ.  
Hac ego voce simul vocor, ó diuine Poëta,  
En propero, citharæ tractus amore tua.

---

CHRISTI PATIEN-  
TIS DOCUMENTA.  
ELEGIA IV.

*Sudor sanguineus.*

Venit vt in terras, patrio delapsus Olympo,  
Et genus & summi CHRISTVS imago Patris;  
Per varias peregrina tulit vestigia partes,  
Vt tutam cæli monstret in alta viam.

B 2

DE

Ductorem iuuat ergo sequi, quò tendit, Amorem: (pis!

Qui pede sic erras, quàm bene mente fac-  
Nec reperire viam labor est : plerumque  
crudentum

Præuius ipse suo Sanguine signat iter.  
Gethsemani colles, oleis celeberrima tellus,  
Prima quies plantis tu potes esse meis.  
Non est tardus Amor; semel est si nota vo-  
luntas,

Sufficit vt largo munere Sanguis eat.  
Vix, DILECTE, tibi magni decreta parentis  
Nuntius attulerat, cum tibi Sanguis abire.  
Intempestiuæ liquuntur corpore, guttæ,  
Carnificum diras præueniuntque manus:  
Omnia latifluo laxantur claustra cruori,  
Ipsaque purpureo rore madescit humus.  
Nempe madet sudore nouo melioris Ada-  
mi:

Hæc illi è pluuiâ nobile germen erit.  
Fax hoc germen erit. quamuis sacer iste co-  
meta

Prodigiale rubet, sed mala nulla canit.  
Vindictam nec amat ; pacem veniamque  
precatur,

Fraterno quamuis funere cæsus Abel.  
Hæc, DILECTE, seges, venarum hæc dona  
tuarum.

O largas olei nobilioris opes !  
Vndique per laxos stillant effusa meatus  
Balsama

Balsama, vulneribus suppeditanda meis.  
 Sic fluere inciso teneræ de cortice myrrhæ  
 Undique sudoris plurima gutta solet.  
 Sic pressus rubeo botrus manare Falerno,  
 Pinguis & è baccâ Palfadis ire liquor.  
 Hoc oleum vinumq; , bonus Samarita, do-  
 disti :

Utraq; sunt plagæ certa medela mez.  
 Sed tamen est aliud, quando hæc miracula  
 cerno,

Quod mihi purpureus denotat iste color.  
 Tota rubet facies: hunc auguror esse pude-  
 rem,

Qui meritò culpæ debuit esse mez.  
 Siccine te, DILECTE , pudet scelerumq; ,  
 meiq; ,

Funeris iste tibi tingat ut ora rubor?  
 Culpa mea est; quianam facies aliena ru-  
 bescit,

Inuaditq; meus non sua regna pudor ?  
 At tibi nostra suum si transfert culpa pu-  
 dorem,

Solius hic frontis debuit esse color.

Cetera cur quoque membra rubent, & cas-  
 cere rupto.

Transgreditur fines & sua claustra eruo?  
 Totus peccat homo, totus, DILECTE, ru-  
 bescis,

Plurimus inq; vno corpore vultus inest.

ELE-

## ELEGIA V.

*Comprehensio.*

Iteur in antiquos, Iudâ ductore, recessus,  
 Ut quam vendiderat, traderet ille fidem;  
 Traderet ut Dominum sceleratis aduena  
 castris,

Tollit perfidiæ signa nefanda suæ.

Turba Ducem sequitur : pars durâ brachiâ  
 clauâ,

Pars gladiis, rigidâ pars onerata fude.

Hic arctaturas innoxia membra catenas,

Hic gerit arrestas in scelus omne faces.

Cingendum credas hac obsidione latroné,

Quem sua, ceu forti contegit arce, specus.

At (scelerata cohors!) si tandem in vincula  
 vobis,

Quem malè quæsisistis, coniiciendus erat;

Non opus est ferro : facilis placidusque se-  
 quetur,

Et trahere inuitum nulla catena potest.

Si vinculis opus est, vinculis capiatur Amoris:

Oscula sufficient, oscula ferte viri:

Iudas captiuo circumdet brachia collo,

Sat validus Iudæ brachia funis erunt.

Qui sic cumq; trahet, illū sibi dicet Amicū;

Osculaque excipiens, oscula plura dabit.

Abijce, Malche, facem, neque lumen lumi-  
 ne quære: Se

Se magis in tenebris prodere flâma solet.  
 At fors perdideris dextram si turpiter aurê,  
 Subueniet damnis nulla lucerna tuis.  
 Hanc Amor inueniet, iussuque quiescere  
 tabo,

Appositam primo figet, vt antè, loco.  
 At non sic agitur, ferro scuitur, & armis,  
 Compingût sacras barbara vincla manus.  
 Mitescunt nullis adamantina viscera mon-  
 stris.

Heu nimis ingrato semina iacta solo!  
 Aurem Malchus habet: verùm hæc sit dex-  
 tera quamuis,

Vsum si spectas, esse sinistra potest.  
 Qui sanas aures, non sanû pectus habebat,  
 Persistit mentis, qui fuit antè, furor.

Heu trucibus pugnis, & duri verbere calcis  
 In caput assiduè tunditur, inque larus!  
 Nimirû sibi seruat Amor durissima, nobis  
 Præbet amicitia mollia vincla sua.  
 Nee mora, raptatur Solymæ per compita,  
 nullo

Interea pulsus verbere cedit Amor,  
 Què te raptat Amor, trahe me, DILECTE,  
 paratum

In risuque tuos opprobriumque sequi.  
 Quod loquor, arcanum est: sed amant cog-  
 noscere pauci.

Nullus honor tanti est, vt tua probra pati.

Quem malè sæpe petis, nunc patet, ecce,  
fauor. (uenti,

Quod-tibi-cumque petas, oculo potière fã

Et sociam iungent pectoris ima fidem,

Omnia pandit Amor, petulque, oculos-  
que, manusque,

A capite vsque pedes omnia pãdit Amor.

Bina quidem clausit dilectæ lumina morti,

At plagas oculos tot facit esse iuos, (star

Quos omnes in morte aperit, pauonis adin-

Plenam oculis mirã conficit arte rotam.

Iam scio quid sit Amor, videt omnia, & om-  
nia kustrat:

Qui volet hunc cæcũ pingere, cæcus erit.

Pro pharetrã cor habet. o quales inde sagit-  
tæ

Transadigunt animæ viscera tota meræ?

Si pharetratus eat, frustra tamen additur  
arcus;

Ipsemet en arcum se facit esse suum:

Sed qualè in terdum cælo miramur aquoso

Nobilicũ æterni fœderis esse notam:

Purpureoque polos circumgyrare meatu,

Et propè iã pluuias esse mōnemur aquas.

Felices nimbi miros soluntur in imbres;

Sanguis abis, sociæ nõ malè iunctus aquæ.

Iam scio quid sit Amor. variarum commo-  
da rerum

Continet in tenui cordis operta sinu.

Est mihi nam puteus viucentium promus a-  
quarum, Fons.

Fonsq; gerens Domini symbola certa sui.  
 Felices haustus illic potamus amantes,

Quales nec medicus misceat Hippocrates.  
 Botrus eras Cyprius, prælum, DILECTE,  
 subisti,

Sanguinis inde tui nobile nectar abit.  
 O me felicem, fruar hoc si fonte, Poëtam!

Parnassio vberior fons erit iste mihi.  
 Ille mihi validas ad plurima cantica vires  
 Castalijs melius suppeditabit aquis.

Hic CHRISTVM varias artes modulabor a-  
 mandis;

Hinc vastum casti carminis ibit opus.  
 Hic ego sim, meus hic Helicon, mea Pim-  
 pla sit, illic

Hospitium Musæ sit, studiumque meæ.  
 Quid loquor? est etiam ignis amor, iam car-  
 cere claudi

Impatiens; extrà, quâ data porta, salit.  
 Sic per diffractos spiracula lara, caminos  
 Eructat flammæ Sicelidum Ætna suas:  
 Flammæque iam totis hæc nondum deficit  
 annis,

Mittit & assiduas viua cauerna faces.  
 Iam scio, quid sit Amor. (confusa sed o-  
 mnia dico;

Stringi materies ordine tanta nequit.)  
 Hortus erat, sed clausus, Amor. nunc ostia  
 pandit:

E . . . . . Ecce

Spiritus, infirmos fulciet ille gradus.  
 Ille mei cordis totâ dominabitur aulâ,  
 Subiiciens motus in tua iussâ meos.  
 Tunc alij tua se referent ad castra rebelles,  
 His ego consilij fautor & auctor ero.  
 Hæc erit vna meæ pars optatissima pœnæ,  
 Sub tua degeneres signa vocare reos.  
 Fatidici quantum impulsus vocesque vale-  
 bunt,

Impensum cûris talibus esse volo.  
 Nec minùs interea exemplis, quàm voce  
 docebo:

Omnia posteritas, fama que dicet anus.  
 Dicetur Dauid, Dauid rex improbus ille,  
 Occlusas veniæ non habuisse fores.  
 Huc sese reus omnis aget, vitiisque relictis  
 Conuersos passus ad meliora feret.  
 Dû loquor, ecce tuas Vriæ sanguis ad aures  
 Clamotes in me dira que verba iacit.  
 Sanguineâ video per opaca silentia larvam  
 Me contra, armati militis instar, agi.  
 Vxorem, vitam, calcata que iura reposcit;  
 Succurre, hoc possim liber vt esse metui.  
 At tunc liber ero, si non accesseris ultor,  
 O Deus! o animæ vitæ salusque meæ!  
 Sic tua lætanti referens præconia linguâ  
 Pergam iustitiæ nuntius esse tuæ. (stis  
 Hactenus ille mihi qui me sibi subdidit no-  
 Obstruxit validâ guttura pressa serâ:  
 lam mihi concessas à te non mentiar artes,  
 Te

Te posthac pleno strenuus ore canam.

Captiuas voces, occlusaque turpiter ora,  
In laudes laxis faucibus ire sines.

Tunc tua veridicus depromam oracula va-  
tes,

Carminaque assuetâ deproperada lyrâ.

Hæc erit ante tuos acceptior hostia vultus,

Quam quæcûq; suo sparsa cruore rubet.

Namq; cruenta tibi si victima grata fuisset,

Iret in oblatos victima multa focos.

Quid tibi, si sacro cadat hostia plurima  
cultro?

Quid tibi, si centum sustinet ara boues?

Nam neque tu vituli, neque sanguine pas-  
ceris hœdi,

Sed neque deliciae sunt holocausta tuæ.

Est aliud sacrum multò tibi charius istis,

Quo tibi mens sancto fracta dolore litat.

Hic tibi de lacrymis gemini libamina fur-  
dent

Vrceoli: sed enim plùs liquor ille placet,

Quàm si plena nouo ferrè carchesia lacte,

Aut oleâ, aut pressis munera nata botris.

Incenso pro thure ibunt suspiria sursum;

Concritum cor erit victima, & ignis a-  
mor.

Hos, humiles quamuis, nò auersabere ritus

Mollia qui numquam spernere corda  
soles.

Si despectus adhuc tibi sum, ne despice sal-  
tè m

K 5

Ipfa



ELEG. SACR. LIB. III. 179

Omnia seruitio proiicienda tuo.

Insuper admittes (quis enim tibi munera  
dandi

Finis erit?) totos in tua templa greges.

Plena tibi venient clarorum armenta vi-  
rorum,

Quæ tua pro vitulis nobilis aruferet.

Res ibi non cultro, nec agetur sanguine:  
culter

Obsequiosus amor, votaq; sanguis erunt.  
Illis trans imas ibit tua flamma medullas,  
Ultimus adueniat donec in ossa cinis.

---

ELEGIA V.

DE CRUCIFIXIS IAPONIÆ.

Credimus, & certum est, nec amor sibi  
somnia fingit,

Ingens delictum dum putat esse pati.

Et docet hoc CHRISTVS; tanto res vlla ma-  
gistro

Possit ob incertam futilis esse fidem? (tur,  
Rideo Pythagorã, quia si paradoxa loqua-  
Creditor, & nullum quod dubitetur habet,  
Omnia naturæ contraria legibus audax

Prodocer, & dictis prægraue pòdus inest.

Carbones niueo, rubeo lac esse colore,

Falli oculos, nigras asserit esse niues,

Et fortiter rosas, & nullum in melle sapore:

Acci-

Accipiunt magnū singula verba sophos:  
Et dixisse, sat est, nec dicti exquirere causam

Fas; vna hæc strictim dicitur αὐτὸς  
ἔφα.

At quantò potior CHRISIVS, qui suadet amanti,

Melle voluptatem, felle carere cruce?  
Nève tibi dubiū moueat suspecta vetustas,  
Hoc hodie sentis notificatque lapon.

Quam nos de nummis, tam de cruciatibus illi

Concertant: nec res carior vlla cruce est.  
Probrorum esuries pugnoscit pro pane requirit,

Seque suo recreat sanguine longa Yvis;  
Et puer ad mamas præfert absynthia lacti,  
Atque suum fustes esse tragema putat.  
O quoties flenti dum mella & saccara mater

Hinc dabit, oblatas at pater inde cruce;  
Prætulit ille cruce! hæc sola crepundia dantur,

Non aliam versat prima iuuenta pilam.  
Tale rudimentum sanctæ solet esse palæstræ:

Et iocus in plagis vulneribusque viget.  
Carnifices focij, domus optatissima carcer,  
Lux tenebræ, esuries mensa, catasta thorax.  
Colla

ELEG. SACR. LIB. III. 188

Colla nitent meliùs durâ torquata catenâ,

Armillaque suas ferrea vincla vocant.

Verè dulcis amor, qui sic indulcat amara,

Felique quod antè fuit, florida mella facit:

Et labor est requies, hæc est tua syncopa,

CHRISTE,

Qui, quod amaror erat, efficis vt sit amor,

Ignes vt subeat, plus ipsis ignibus ardet,

Cûi rutilat prunis sardonychata manus;

Aggeminansque suis carbonibus oscula,  
credit

Hæc sibi ferta nouâ deproperata rosâ.

Miratur genus hoc hominum Taicosama,  
tantas

Mercandis crucibus quod videt ire vias;

Et freta quærendis his mercibus extera  
verri,

Sollicitâque peti talia lucra rate.

Felices animæ, quibus hæc in pectore vir-  
tus,

Vertat vt in lusus aspera quæque suos:

Quæ maris è rabidi sugunt fælugine mel-  
la,

Et de sanguineâ balsama pura cruce!

◀

ELEG.

## ELEGIA VI.

*De iisdem* CRUCIFIXIS.

At vos tergemini IESU de nomine Fratres,  
 Consequa materies carminis este mei.

Quæis crucis optatâ feliciter ire sub vmbra

Obtigit, & tanta fortis habere vices;

Qui Tartariaco veniunt à littore Patres,

Vos faciunt comites funeris esse sui.

Hi vobis emere cruces: his mercibus ista

Gens opulenta quidè, cetera pauper, erat.

Has tribuit FRANCISCUS opes: tamen æmulus illi

Xaverius quiddam deripit inde suis.

Hoc genus invidiæ cælo non exulat, illud

Vt velit esse suis, quod sibi deesse videt.

Franciscum crucis heredem videt, invidet:

optat

Illius in partem posse venire suos.

De cruce dum sermo est, FRANCISCI nomina

cernit

Ante omnes toto prævaluisse polo.

Et FRANCISCUS ego, si sunt ea nomina tanti,

CRUX, ait, ad titulos est adhibenda meos.

Si mea non potuit, possit CRUX esse meorum.

12

ELEG. SACR. LIB. III. 183

Iaponicisque meæ fratribus esse vices;  
Et mihi tres saltè turbâ numerentur in  
illâ,

Primula Iaponicæ quæ crucis hospes erit.  
Hos ego si feci Trinum simplexque tenere  
Numen, & in primâ Numinis ire fidem;  
Ut trias hûic Triadi respódeat altera, posco;  
Officio numerus conuenit iste meo.

Et quia Iaponicâ per me modò CHRISTVS  
in orâ (iube.

Nascitur, hûic reges tres quoque adesse  
Cruce equus esse potest, & erunt tria mune-  
ra sanguis,

Dequæ tuâ statuent terna tropæa fide.  
Exorat, numerumque suû feliciter explet,  
Ritus ut à sanctis traditus exstat auis.

Primitiæ Iaponû, IESV tres agmine Fratres,  
Irrorant patrium sanguinis imbre solum.

---

## ELEGIA VII,

### *De iisdem CRUCIFIXIS.*

Ponè maris ripas, (erat hæc Caluarîa) col-  
lis,

Secessu modico, nec procul vrbe fuit;  
Restabant aliquot veterum monumenta  
reorum,

Hos tamen ornatum digna fuere coli.

Exiguus superadus erat trans littora riuus,  
 Lintre leui faciles, trañciuntur aquæ.

CruX illis cynofura fuit, fufpiria ventis,  
 Portus cælum, animus vela, magifter amor.

Vt primùm patuere oculis, fua quifque falutant,

Et faluunt totis ad bona figna fibris;  
 Iamque decuffatos tangunt, fua gaudia, pofter,

Sortiti placido lumine quifque fuos.  
 O quoties caro fixerunt oscula ligno,  
 Strinxeruntque facram brachia laxa trabem!

Atque aliquis, lubet hinc con nubra iungere,  
 dixit;

Hæc mihi CruX fponfa eft, & paranymphus amor.

Ascendunt; cruX fcala fuit: Sic itur ad astra,

Plenaq; diuinis laudibus ora fonant.  
 Corpora quadrifidum referunt extenfa decuffum, (tat.)

(Scilicet hæc CHRISTVM littera fola non extenduntque pedes, diuerfaque brachia iactant,

Leniter in placidâ more natantis aquæ.  
 Maeste animis! fic ad focios portumque narratur;

CruX

ELEG. SACR. LIB. III. 185

Crux aliquid geruli corticis instar habet.  
Clamat se MICHIVS numquam meliore po-  
situm

Exedrâ, & Andream corpore & ore refert.  
Ipsium etiam CHRISTVM; nisi quod, qui fer-  
reus esse

Debuerat, clauus sparteus ille fuit:  
Aquat amor ferrû; fixos simul ille coercet,  
Sponte suâ retinens in statione gradus.

---

ELEGIA VIII.

*De iisdem CRUCIFIXIS.*

Iamque manus & vincita pedes, & vertice  
caelum

Spèctans in seriem tota ceterua patet.

Bis duodena virtum prostant extensa tra-  
batim

Corpora, dilectam mox subitura necem.

Lancea nunc superest, manibus qua vul-  
nera desunt, (des.

Nec terrebrat geminos cuspis adaesta pe-  
Lancea, plus medio de pectore sanguinis  
hauri;

Hac solet in cellâ degere promus amor.

Vt totus stetit ordo, suo dat quisque latroni

Illicet, obiectat vulneribusque latus;

Astantesque sibi lanios, strictasque sarissas

Despectant oculo sponte vocante necem.  
 Quod superest, auidum iam transfode, lancea, pectus,

Perfice, quæ pridè vulnera cœpit amor.  
 Lancea, pande viam; nimis calor æstuat intus,

Totus ut erumpat, lancea, pande viam:  
 Mitescent flammæ, si sanguinis imbre madescant,

Inque lirata suo corda cruore natent.  
 Erigitur mucro, vox inclamatur IESVS;  
 Reddunt exceptos littora quassa sonos.  
 Undique sanguinem subito salit impete flumen,

Et totidem fontes, corda quot ista patens.  
 Et cruor hic pariter, fœcundi seminis instans,  
 Fœnoræ culturæ suscitât ampla suæ,  
 Hinc tam lata seges plenis adoleuit aristis,  
 Et tot Iaponiæ iugera CHRISTVS habet.

## ELEGIA IX.

Ad Lyram MATHIÆ CASIMIRI  
 SARBIEVI VRBANO VIII.

Summo Pontifici dedi-  
 catam.

Ite, & Romuleos inter resonante Quirites  
 Carmina SARAVIA deproperata Lyra.  
 Ad

Ad noua septeni saliet modulamina colles,  
 Tybris & auritas stare iubebit aquas;  
 VRBANVSQUE aliquid de Maiestate remittens

Ad pia reginas carmina mirtet Apes,  
 His amat ille rosas & casto gramine passil,  
 Otia pauca grauis dum finit esse labor.  
 O te felicem nimum CASIMIRE Poëtam,  
 Sicuti propensum qui CAPVT ORBIS  
 habes! (notè;

Hunc Lyra non meruit Venusini Vatis hono-  
 Non ita Diræum Pindarus vrget ebur.  
 Hoc sciat Alcæus, digitos dam habit inertes;  
 Abdere se tenebris Lesbia Nympha volat,  
 Pierios dicent aliud fluxisse liquores:

Quin & Apes sanctas carminis esse Deas.  
 Nobilis ô vates! qui nectare potus ab illo  
 Permessum obscuri nominis esse facis.

Nâ tibi neq; Diuos ea suscipiat vnda furores,  
 Non Aganippæ gloria pulsat aquæ:  
 Sed magnæ mellis fauere ex æthere Matres,  
 VRBANIQUE sacros exhibuere fauos.

Sed Verities, & CHRISTO proxima virtus  
 Insolitam docui carminis afflat opem.  
 Esse quid hoc dicas, nisi Numinis igne ca-  
 lere,

Spiritibusque DEI sollicitantis agi?  
 Esse quid, immodicos nisi ducere nectaris  
 haustus;

Et sibi præfixas non habuisse colos?

Grande tux ô pretium mansuraque gloria  
Musa,

VRBANI poterunt cūi tholus esse PEDES?  
At mihi si tanto fas quidquam appingere  
post,

Aut signare aliquā pendula dona notā;  
Non ego pro chordā tenuem cantare cica-  
dam,

Non aliud cupiam pectinis esse vice:  
Sed fingā VRBANAS illic sua cōdere mella,

Et dare pro cantu nobile murmur, APES;  
Picturæque breui subscribam lemmate  
causam:

**Tantus amor nostræ est , gloria  
tanta Lyræ.**

## ELEGIA X.

**De Commentario P. AEGIDII  
BYCHERII Atrebatii in Canonem  
Paschalem VICTORII A-  
QVITANI.**

Mors suo gradiens sol tēporis arbiter ibat,  
Mensura cæliuagos luna tegebat equos.  
Currebant menses, & certis passibus anni,  
Et tandem hæc terris regula nota fuit.

**Non**

Non tamen ut nullos fugerent spectacula  
vilis,

Certa nec ancipitem falleret ipsa manū.  
Maxima sub tantis arserunt prœlia signis,  
Totaque de mundi tempore pugna fuit,  
Orbe nec Hesperio, nec pax spirabat Eoo;  
Ingenium vires, armaque doctâ dabat.  
Militiam cœli sibi quisque fauere putauit,  
Mansit at incertum, sidera cuius erant,  
Luna rogabatur paci cum fratre præesse,  
Semper at ambiguū, quod docuere, fuit.  
Cæca anni fluitans inter ludibria, pridem  
Ignotos habuit mobile Pascha dies.

Ille dies, vitam quo mortuâ vita reduxit.  
Heu! nondum certæ tempora lucis habet  
Sanguineâ mundus Domini mercede re-  
demptus

Non poterit lytri nescius esse sui.  
Venerat in tabulas ea res, sed Cynthia no-  
tum

Non dabat esse annum, nō dabat esse diē.  
O annus! niueoque dies signanda lapillo!  
Candida lux! quamuis sanguinis illa fuit,  
Digna, poli in tabulis quam lucida sidera  
pingant,

Tetris æternas digna tenere cedros;  
Quam pretiosa suis ambibant tēpora tradi  
Ordinibus! neque res non operosa fuit,  
Debit ille labor multam epotare lucernâ,  
Debit in superas impetus esse domos.

Huc tédere iter, quà nec via cognita priscis,

Perque poli ambages circuitusque rapi:  
Phœbeos reditus, & desultoria lunæ

Curricula obnixo mentis inire pede.

Hoc agit, & lustrat BVCHERIVS aurea late

Sidera, sublimi raptus in alta viâ.

Describit varios radio meliore meatus,

Ac demum verus temporis ordo patet.

Omnia ad exactam reuocat maturus a-  
mussim

Tempora, per fastos distribuitque suos,  
sic ætas iuuenescit anus, sic secula rugas

Abiiciunt, tersâ conspicienda fide.

Et, puto, si viuat BARONIVS, inde nite-  
re

Clariùs annales diceret ipse suos;

Gauderetque suo VICTORIVS orbe potiri,

Perque suas meliùs currere Palcha vices.

In leue stelliferum qui congerit æthera vi-  
trum,

Tale Syracosius nil agit arte senex.

Perficimur semper: quianam lugemus in-  
ertes

Omnia præteritis deteriora sequi?

Mortua sæpe dies lucem nascentis adauget;

Sæpe nepos. claro clarior extat auo.

Parcite lecretas veri tentare fodinas,

Arbitror vlteriùs nil modò posse possi.

Totas peruasit latebras BVCHERIVS acti

Temporis, hinc tandem nota quiesce fides.

Tot

Tot quæditorum iam post subsellia siste:  
 Traditur hîc causæ meta suprema tuæ.  
 Magnus ab integro seclorû nascitur ordo,  
 Incipiuntque noui certius ire dies.  
 Grande puerperium, veluti Lucina, secûdat  
 Sedula MORETI iussu venire manus.  
 Ipse instans operi famulos ad præla lacessit,

Emicat in curas docta cæterua suas.  
 Hic facilem in campum coeuntia copulas  
 æra,

Dirigit in proprias ille soluta domos:  
 Ilte nouas acies, argenteaq; agmina rursum  
 Excitat, in vanos agglomerata choros.  
 Stat series castrorum æquata, & in ordine  
 quæque

Littera, militiæ signa sequuta suæ.  
 Ipse cauet ductor, ne desit in agmine quidquam,

Neu minimus legum prætereatur apex.  
 Vt lustrat cunctas oculo sollerte cohortes!  
 Vt solidò quæuis lex adamante riget!

Iur, & adiuncto peraguntur prælia prælo,  
 Voluitur assiduâ machina pressa trabe.  
 Tympana quassa sonant geminos collissa  
 per vtres,

Vngitur in vires tota cæterua nouas.  
 Mox agitur totis aduersum impulsa manipulis;

Plurima, nulla mora est, turba subacta ve-

Victa quidem, sed honore nouo ritulisque  
notata.

Quanta hinc MŒRVS fœnora laudis  
habet!

Axulas toto varias vt diuidit orbe!  
Rex est, & libris imperat ille suis.

## ELEGIA XI,

*De fonte Iserio.*

**Ad FRANCISCVM MONTMO-  
RENCIVM dum Spadanus  
biberet.**

Spadani fontes, & fontibus affita situa,  
Vnde sacer medicâ prosilit amnis aquâ;  
Ludorumque lares, & quæ percommoda  
Musis

MONTMORENCIADES iam colit antra  
meus;

Fas mihi vos animo saltèm præsentè tueri,  
Inter & esse bonos, agmina vestra, viros.  
Namque ego quo nequeo faciles advertere  
passus,

Illuc quid prohibet carminis ire pedes?  
Me loca pertentant, frigusque, àquulæque  
salubres,

Blandaquæ quæ virides efficit vmbra do-  
mos;

Omnis-

Omniaque illa, meus quæ MONTMOREN-  
CIVS inter

Otia dat Musis liberiora suis. (pit,

Quin ego, quando illuc sese meus ille rece-  
Nō possum Musæ nō memor esse meæ.

Inuitas, animumq; moues, atq; illice venâ,  
In mea me reuocas antra, meosque sales.

MONTMORENCIADAE tandem studiisque,  
tuisque

Versibus, in versus allicefactus eo.

Fallor? an huc à te contagia dulcia manant,  
Quæ resides digitos, & mea plectrâ mo-  
uent:

Deq; tui cordis penetralibus eminus afflas  
Flamina, spiritibus non aliena meis?

Et bene; liberior nam me mea prisca Poësis  
Iam finit in lusus lenius ire meos;

Et fons Iseriæ, medicarum promus aquarū,  
Emollit stimulos, sæua nephriti, tuos.

Et quamuis aliquâ semper lûbagine etingar,  
Quæ mihi mordaci lancinat vngue latus;

Nil tamen hîc prohibet lepidas inuisere  
Musas,

Et faciles Elegos, & leue mentis opus.

Qui medicas artes, citharam quoque tra-  
ctat Apollo;

Nec minùs hûic versus, quàm medicina  
placet.

Sæpius ad morbos artem permiscet vtram-  
que,

L 7

Quosque

Quosque nequit herbis, carminis arte  
fugat. (stes,

Carmina vel seuos abigunt è mœnibus ho-  
Interimunt ipsas carmina sepe feras.

Carmine mitescunt tristes in corpore morbi,  
Et dolor imperio carminis exul abit.

Ergo ego cum Phœbo studium sectabor v-  
trumque,

Æger aquas, carmen deinde Poëta bibam.  
Carminis idè fons, idè est pincerna salutis,

Atq; aliquid gemini muneris instar habet.  
Integritas nobis, & amor bene corpus ha-  
bendi

Sit potior; carmen cura secunda mea est.  
Nec meus à Musis lateris dolor improbus  
arceat,

Gens nimum vates ludere nata sumus.  
Hic habeo quod rite canam, quod ludere  
possim:

Nil mihi cum strepitu, Legia tota, tuo.  
Hic primùm môtès, & Iseria terra, potestis  
Optima materies carminis esse mei;  
Antraque, quæ placidis interstrepit aura  
sufurris,

Vinulosq; latex, humidulumque nemus.  
Huc si turba minor, siq; arrior aduolat hospes,  
Inq; frequens medicas aduena potat aquas;  
Si nec multa vagus cõportat edulia vector,  
Nec ferat huc varias institor omnis opes;  
Sunt faciles victus, & mensa parabilis, &  
qua son

Sola dapes condit, delicioſa fames.

Hauſtib. immodicis auidâ proritat orexim

Vnda, vagoſque tepens aura petita pede.

Et modò tôſa leui rapior per gramina paſſu.

Et modò per montes, & iuga ſûma teror;

Nunc ad aquæ leni trepidantes murmure  
riuos,

Præbet vbi vuidulos vallis amica toros.

Vos quoque litnotomi latices, & acenis a-  
quæ fons,

Estis, lô, animi primula cura mei;

Cura leuis, triſteſq; abigens è pectore luſtus,

Et ſeſerans animi dulcîa vincla mei. (da,

Muſa faue; viden' vt ſaliés te prouocat vn-

Inque cupita ſuas carmina iactat aquas?

Vallis operta later, gemino que ſubdita môtî

Ancipites medico tramite ſignat agros.

Vestros, Ferreria, &, vicinior Harçâ, fines

Quâ ſilua vmbriſeras proiicit alta comas.

Inter vtrumque iugum, medioque in gra-  
mine vallis,

Limpidus argutæ fons aperitur aquæ.

Hic lymphâ trunco taxi de caudice raptas

Et cauus arboreo continet ore lebes.

Hinc fit vt exiguâ cõſtriçta laguncula taxo

Oſtentet lymphæ propria ſigna ſiue. (de

Vel quia more ſiue (medicis ſi credimus) vn-

Soluere nephritim taxea gutta poteſt:

Vel quia præcipuû referens in frõde nitore

Sordibus arcendis aptior eſſe ſolet.

At

At sic luxurians ebullit copia lymphæ,

Perluat ut multus proxima prata liquor;

Et ferrugineo distinguit tramite terram,

Perque breues aditus auiaque antra petit.

O! quoties dixi, cum sic procul agius errat,

O aqua! cur frustra tam pretiosa peris?

O! quoties dixi, cum sic è fonte saliret,

Ille liquor quiddam Numinis instar habet,

Suspicio, & fama est, Diuorsu voce vocatum

Ocyus è scatebris exiliis suis.

Credibile est, illic aliquos superesse fluores,

Aurea quos fluuuis secla tulere suis.

Quin & adhuc pretiosa subit mineralia

lympha,

Didita per venas sulphureosque sinus.

Quodque loquor vidi, è pleno salisubsula

vitro

Quattuor ad cubitos sepius vnda salit.

An quod Mercurio nimium diluta frequenti

Vanescens vires egerat vnda suas?

An potius, quia sidereos venatur honores,

Gessit & ad superos nectaris ire vice?

Quidquid erit, (namque ignotis abstrusa

cauernis

Disimulat causas nobilis vnda suas:)

Ille salutare mihi se diffundet in usus,

Et fluet in potus luxuriosa meos.

Ebrietas erit illa mihi, centumque oculos

Insimul ardenti sedulus ore bibam.

Et bene MONTMORENCIADEN ad singula

dico

Pocula,

ELEG. SACR. LIB. III. 197

Pocula, & absentem singula verba vo-  
cant.

Huc ades, ô! generisq; tui prænobilis heros,

Et tibi tute tuis gloria maior auis,

Hospitium virtutis, Honestatisque cubile,

Delicium Musæ iustaque cura tuæ;

Huc ades, & pleno pota mecum impiger  
haustro,

Tu de fonte tuo plenus, egoque meo.

Sic tibi fecundos fons large indulgeat am-  
nes,

Commodaque optatam prouocet vnda  
sitim.

Sic iecoris nimios tibi Spada attemperet æ-  
stus,

Bilis & affusâ flaua repescat aquâ;

Et tibi sufficiant generosæ pocula lymphæ,

Sive sacras Musæ, sive salutis opes.

Dum loquor, en iterum me sospira conuo-  
cat vnda,

Postremosque scyphos, vltimaque han-  
stra bibo.

Legia me reuocat; iam riuos claudere tem-  
pus,

Et iubeor calices attenuare meos.

ELE.

## ELEGIA XII.

IOANNIS Comitis TILLII pro  
 FERDINANDO CAESARE &  
 CATHOLICIS PRINCIPIBUS  
*Polemarchi victrix Probitas*  
 & Religio.

Dispositas acies numquã, neque praelia vidi,  
 Nec ferri rabiem, nec graue Martis opus.  
 Bella loqui pudor est; nec sunt mea carmi-  
 na tanti:

Quid tibi cum raucã vis Elegeia tubã?  
 Aptior es placidos diuæ virtutis amores,  
 Cælicolasque sequi per pia signa Duces.  
 Bella quidem cecini; sed erat sine murmure  
 miles,

Cingebatque meas mitis oliua comas.  
 Mars mihi Phœbus erat, pro sanguine se-  
 pia, penna

Pro gladio, carmen scribere pugna fuit.  
 Nec tua; mi TILLI, armorum præstantia  
 posset

In carmen fontes sollicitare meos; (tus,  
 Nî tua rara foret Marti comes addita vir-  
 tibus, quæ vatem me facit esse suum.  
 Et aliquid probitas; enses non omnia vin-  
 cunt;

S.

Sæpe hæc cum vicit, miles inermis erat.

Qui Iericoninas solis clangoribus arces

Dificit, armatas semouet ille manus.

Nec Gedeon ferro, solâ fera prælia testâ

Conficit, & modicâ proficiente face.

Stant manibus flammæ, phiaæ frangun-  
tur inermes,

Solos clamores, Madianita, fugis.

Omne tulit punctû, votis qui miscuit enses,

Et sua cælestes iunxit ad arma manus.

TILLIVS hoc fecit Bohemas cum fortiter

urbes (ces.

Pulsat, & ante Aquilas subdita Praga ia-

Terga Palatinus proiectis turpiter armis

Vertit, & in toto non habet orbe domû.

Quò properas demens? tua perdis, vt exte-  
ra quæras,

Atque tuis bellis vltima meta, nihil.

Quid furis vt perdas? quid regna aliena re-  
quiris,

Hæreat vt capiri neutra corona tuo?

Si, quia nil superest, quod posthac perdere  
possis,

Audes Ierneas tollere ad astra iubas;

Alcides superest, validæ qui robore clauæ

Præfocet iuguli semina cuncta tui.

Dace dabis pœnas; Belgæ gaudere sepulti,

Signaq; Pannonias nõ bene passâ manus:

Vltor adest, comitesq; suos, manesq; suorû

Non sine vindiciis sanguinis esse sinet.

San-

Sanguinis oceanos Buquoia combibet vr-  
na, (bor.

Magnaque procumbet victus ad ossa Ga-  
Et quia par tantæ sât nullus sufficit vmbre.  
Et minus est, quidquid sanguinis hostis  
habet:

Heroi inferias cunctos iugulabimus hostes,  
Ut numerus pretium suppleat ipse suum.  
Nec labor efficere est, quid enim Mansfel-  
dius egit,

Dum varias cæcùm spectat obitq; plagas?  
Nouimus hunc, nothus est, & Martis inu-  
tile frustum, (rus:

Quod tulit infami gemitu mercha Ve-  
Et viuit rapto, & raptum sine Marte figurit,  
Dissipat & utrimos. cuncta turba, tuos:  
Dissipat & quotquot delusa Britannia sum-  
tus.

● Contulit, & solas per mare ditat aquas,  
Quid facitis socij? bene nil speratur ab illo,  
Qui dedit toties perfidus esse suis,  
Perque volens cunctas stygiis talaribus oras  
Itque reditque vias, prætereaque nihil.  
Si tamen est aliquid, victis dare terga ma-  
ripilis,

Et capiti auxilio consultisse pedum;  
Sæpius hoc actum est: Mars illi totus in ore,  
Corda regit Proteus, Mercuriusq; pedes,  
Vltima sed veniet post sera pericula clades:  
Siqua venit grauior, fat oitò pœna venit.

Augu-

ELEG. SACR. LIB. III. 201

Auguror: en peditum remanet pars nulla  
superstes,

Et cædes fractos maxima stravit equos.  
Vnimanus frustra Pylades succurret Oresti,  
Altera nec rapiet debilis arma furor.

Hic malè multatum reparat quoque debi-  
lis agmen,

Et pugnant solis brachia trunca minis.

Quid facies vno, qui nil præstare duobus,

Et poteras turpi vix satis esse fugâ?

Imunc, Myftarum vindex dicâre flagellû;

Quæ tamen ipsum agitet dic quoque  
deesse manum:

At nos, in fortes quibus est fiducia Diuos,

Nec contenta suâ brachia carne vigent,

Præualidas vires sanctis capiemus ab aris,

Quæque abigis, nostris commoda rebus  
erunt,

(ges:

Vincere non aliter nostræ didicere phalan-

Hæc sunt Austriacæ stemmata prima do-  
mûs.

Sic Cæsar bellum fidei meditatæ in hostes:

Mos velut à magnis traditus exstat auis.

His spoliis gæs tota cupit sua stare tropæa,

Ilis onerare suam fixa per arma domum.

TILLIUS his signis pugnas Polemarchus  
obibit,

Seruans in castris iusque piumque suis.

Belli auctor Deus est; vioces sine crimine  
miles,

Nec.

Nec, si bella geras, improba vita tua est.  
Casta potest probitas pacem cum Marte  
pacisci,

Nec tacitâ impediunt classica rauca precē.  
Quot rotat ignitas muralis machinaglâdes,

Quot vomit ardentēs ignea bucca pilas;  
Tot poterunt ructare preces ardētia corda,  
Et flammis vires altera flamma dabit.

Ibit ad astra frequens de pectore missa sa-  
gitta,

Quæq; polo, castris vim quoq; tela ferēt.  
Non acies acie, quàm vota, potētius yrget:

Quisquis amat hostē fūdere, funde preces.  
Hæc sunt prima, die quæ TILLIVS arma ca-  
pessit,

Armatum serus sic quoque vesper habet:  
Soloritur numquam, quin nobilis hostia

CHRISTVS

Inchoët auspicio fausta ferente diem.

Pura placēt Superis: puro cū pectore, TILLI,  
Purus ad has epulas, & bona sacra venis.

Septima te de more dies ad fercula Diuūm  
Sistit, ab hac sumis robur & arma dape.

Defluus ab zonâ paullūm seponitur ensis,  
Crista que conspicuum deserit alta caput:

Cernuus it vertex, & maiestate remissâ

Substratam prono poplite figis humum:  
Vtraque nexa simul niueâ sub sindone pal-  
ma

Æstis in expanso claudere corde Deum.

Mis

Ille latens intus, vires animumq; ministrat:

Ille sacer veluti pectora Confus habet;

Cogit & in tacitâ generosum mète senatû,

Consiliisque replet pectora tota suis.

Et miramur adhuc tot in vno pectore vires,

Huius vt aspectû vls quoque nulla ferat?

Hoc genus armorum, Morgane, videre ne-

quibas:

Non sunt militiæ talia nota tuæ. (ros,

Fregit sæpe tuos tamen ista phalarica mu-

Et toties tergum vertere fecit iners.

Quem cernunt aliqui panem per castra vo-

lare,

Ille DEI gladius pro Gedeone fuit.

Ite, agite, assuetæ semper vicisse phalanges,

Et præstare Aquilis vestra quod arma

solent,

Est DEVS in vobis, agitante vigetis ab illo,

Vestraque cælestis possidet ossa furor.

Hoc freti totos in pugnam animabitis vngues,

Totaque sub Bawaro milite terra tremet.

Iam tibi submittet totas Germania vires,

Et quous maior Cæsare, Cæsar eris.

Omnia ferali quæ dente vorauerat olim

Perfidus, in priscam sunt reuocanda fidè.

Vix alios Cæsar gladios distringit in vsus;

Hæc summa Austriacæ sunt monumen-

ta domûs.

(Albis

Iam cuncta edomitus per Hectora Rhenus &

Victrices Aquilas, & tua signa gerent.

TIL.

PILLIACOS referet numerosa tropæa leones,

Addeturque rei littera scripta memor:  
IOANNES hæc de Danis fugientibus arma:  
Cetera posteritas fama que dicet anus.

Addetur trunco: DANOS ILLE EIICIT OMNES.

Lector ibi nomen sentiet esse tuum.  
Credo sub Hesperiiis frendebit Turca catenis,

Et cadet ad nostros Luna subacta pedes;  
Reginalque Aquilas, dominæque catagrapha  
parmæ

Aspiciet portis figere signa suis.  
Et tum tempus erit, cum te fortissime rerum,

Et tua tranquillus fortiter acta canam.  
Nec modò victoris Bauari, neque Cæsaris  
arma,

Nec Bohemæ dicam seditionis opus:  
Nec tories armis iugulos fregisse rebelles,  
Cimbrica quos frustra sæpius hydra tūlit:

Flumina & appositos pridem indignantia  
pontes,

Tradere nunc faciles esse coacta vias.  
Totque Palatino Castra eripuisse, tot Urbes,

Sceptra nec in dominas iussa redire manus.

Hæc

ELEG. SACR. LIB. III. 235

Hæc alij vates; quæ præter, plurima re-  
itat

Mærius genio non aliena meoꝝ

Nam tibi nec mores Mars eripit ipse fere-  
nos,

Nec placidâ mentis de statione movet.

Nulla tuos oculos auri fulgentis imago,

Nec viziunt animos munera missa tuos:

Marique tuus Venerem nescit, Paphiis-  
que Cupido

Non audet talis pectere vela tuis.

Nec te blandus Hymen sua quondam in  
vincula traxit,

Et spoliū de te femina nulla tulit.

At te si quis Amor blandis circumvolat  
lis,

Illius e' cælo creditur esse genus.

Hæc ego rara canam, mores in Marte pe-  
dicos,

Et belli illæsam cum Pietate Fidem.

Hæc bona pars, seris miranda nepotibus  
olim,

Adueniet Musæ sat seges ampla meæ,

M

ELE.

## ELEGIA XIII.

AD PETRUM ALOISIVM CA-  
 RAFAM, Episcopum Tricaricensem,  
 ad tractus Rheni, & partes Ger-  
 mania Inferioris, apostolica  
 Sedis Nuntium.

Multa loquar paucis: Elegi breuitate pla-  
 cete,

Tuque mihi fias, qui legis ista, Lacon.  
 Res Italæ pestium bellis vrgentibus ibant:  
 Noceros animat Cæsar in arma Duces.  
 Atque aliquis niueâ præcinctus pectora ve-  
 ste,

(Ille color fidei candidioris erat.)

Offert intrepidû formosa in proelia pectus,  
 Nec nisi purpureum cæde referre sagum.  
 Nec vox nuda fuit, vocem sua facta se-  
 quuntur,

Quamque fides pectus, tam tenet illa  
 manum.

Huc se tota acies signum quasi vertit in v-  
 num,

Inque scopum telis candida vestis erat.  
 Quid faciat? fugiat? patrium nec fortiter  
 casum

Ausit

ELEG. SACR. LIB. III. 207

Ausci in oppositam stringere Barbariem?  
Audet, & hostiles dextrâ lævâque cateruas  
Vnicus erecto fortiter ense ferit.

Dextra rotat gladium, fusoque rubescit in  
imbre,

Albaque purpureo tingitur amne toga.  
A madidâ sic cæde redux tibi, maxime Cæ-  
sar,

Illa suæ fidei symbola certa dedit.  
Sanguine lemniscata manum per pectora  
ducis,

Deq; tribus digitis trina litura fuit.  
O mihi cara fides ( vos hinc estote CARA-  
FAE)

Sæper, ais, ferat has parmula vestra notas,  
Ex illo fidei sunt hæc elementa CARAFIS,  
Interstincta albis æquora rubra viis.

Sanguine virgatas argentea gloria parmas  
Ducit, lausque suo scripta cruore micat.  
Quod loquor in promptu est; viden' hinc  
vt plurimus heros,

Sanguine se nusquam dissimulante, salta  
Romaniq; Patres, atque augustissima terræ  
Lamina, sunt istâ sæpe profecta domo.  
Nil opus est omnes, præsentem cernimus  
vnum,

Qui gentis quiddam totius instar habes;  
Cui Tricaricæ referens insignia mitræ  
Nobile crinali fulgurat igne caput;  
Enumeransque suâ longas in origine ceras,

Assequitur gentis quælibet acta suæ:  
Pontifices PAVLOS, tot auos, at auosque  
monarchas

Vnicus hic pleno stemmate vultus habet;  
Quamque patres illi, tam patribus ille suis  
met

Conuenit, & maior nobilitate sua est.  
Huc oculos, totumque virum circumspi-  
ce, sodes,

Ipsaque, si liceat, mentis operta subi.  
Labra Charis, grauis ora lepos, facundia  
linguam

Insidet, ingenuus frontem oculosque Pudor.  
Hic sibi legitimam fecit Sapia sedem,  
Totaque cum Conso Diua Themista suo,  
Nouit & ad iustum geminas tractare bi-  
lances,

Bartole siue tuas, siue Rebuffe tuas.  
Nouit & ad mutum quæ spectent iura tri-  
bunal,

Et quæ clamoso sine aglanda foro.  
Cerne viri dextram, quid enim felicius illa,  
Sen virtute aliquid, seu placet arte geri?  
Suspice ceruicem, quid erit securius illa,  
Rerum ubi summorum grande recumbat  
onus? (li

Nil dubita, Romane Pater, bene creditur il-  
lum  
Quam-tunc-que voles re tibi rite geri.  
Mitte per innumeras Rhenani littoris vi-  
bes,

Quæ-

Quæque patens latè regna Sicamber ha-  
bet. (valles,

Mitte per irriguas, Eburonum habitacula,  
Durus vbi in cinerem soluitur igne silex:  
Quæ FERDINANDYS faciles moderatur  
habenas,

Cumque pedo pacè Noricus ensis habet.  
Omnia respicies cursus habuisse secundos,  
Quæ fuerant votis proiaculanda tuis.  
Ante tuos si quando pedes, si quando re-  
tarsus

Digeret officij singula facta sui:  
Agnosces animû, qualis solet esse CARAFIS,  
Sanguine qui nomè sat bene credat emi.  
At nos, cur patrios, cur dissimulamus amo-  
res?

Nostraque non exit libera flamma foras?  
Legia, si cor habes, quod nil nisi spirat a-  
morem,

Et tua cordatus viscera candor habet;  
Nunc aperire opus est, nunc indignantis  
claudi

Pectora, fac totos pandere posse sinus.  
Nam bene siquid amas, vel siquid amabile  
censes,

Insimul hæc seculi cuncta vir vnus habet.  
Candida verba loquor; quid ad illa, CARA-  
FA, rubescis?

Et properas Elegis decolor esse meis?  
Candida purpureis hinc interiungere nolis

Iste tuâ in parmâ' uiuat vterque color.  
 Parce tamē, si laude tuâ tibi læsimus aurē;  
 Nescit amor verbis addere frena suis.

Non alius mos est Eburonibus; omnia pro  
 munt,


Intūs vt ingenuâ sunt animata fide:  
 Quamquē illis ater patrius solet esse lithan-  
 thrax,

Tâ superant ipsas candida corda mites.  
 Tu cape cuncta, Pater; tibi non indebita  
 soluet,

Si tribuat cordis Legia quidquid habet.  
 Illis æternis tua nomina tradita fastis

Durabunt famâ non metuente mori;  
 Serus abi; tamen hinc quando reuocatus  
 abibis,

Nobis ex animo nullus abibit amor,  
 Cætera quæ passim fuligo Leodia fuscet,  
 Hæc nihil in mores; ipsaque corda pomit



IACOBI IARDINII

INSVLENSIS

E SOCIETATE IESV,

DE ARTE FORENSI

LIBRI DVO,

AD

IURISCONSULTOS

ET

IUDICES,

CONCEPTÆ

ET

ASSUMPTÆ

VIRGINIS SODALES.

[The page contains extremely faint and illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the document. The text is scattered across the page and cannot be transcribed.]

IACOBI IARDINI

è Societate IESU

DE

ARTE FORENSI

LIBER PRIMVS.

AD IVRISCONSULTOS.

## ELEGIA I.

CHRISTVM *Advocatum spe-*  
*ctare Crimitari.*

**I**nsanae lites, tractaeque ad iurgia caussae  
 Materies Elegis non erat apta meis.  
 Ista Lycambeos sibi res poscebat iabos,  
 Atque cothurnato firmata ducta pede.  
 Illic è longâ funesta tragœdia scenâ  
 Sisteret ante oculos plurima moesta tuos,  
 Aspiceres lapsasque domos, tristiciue ruinâ  
 Cuncta per alternas versa, reuera viciss:  
 Sacrilegaque patrum natos à cæde ruben-  
 tes, (nus.  
 Fraternique victas sanguinis imbre ma-  
 Questibus, & lactymis implerent pulpita  
 Matres, M s Or

Orbataque viris, & sine dote nurus.  
Sed causas hinc CHRISTVS agit: procul este  
tragedi,

Res Elegis non est aptior vlla meis.  
Hinc tibi fas iuris securá addiscere praxim,  
Hinc studium innocui iudiciale fori.  
Nec labor vllus erit: tantum ne temne do-  
ceri

Pragmaticas artes, quas tibi tradet Amor.  
Et ne forte putes, noua me tibi fingere iura.  
Accipe, quæ legum maximus auctor agit.  
Suscipit hic causas, (miseri gaudete clien-  
tes)

Quique fuit iudex, esse Patronus amat.

## ELEGIA II.

CHRISTVS *infans quomodo*  
*Advocatus.*

Quondam orbis totus pomo vltiatus ab  
vno

Dictus erat magni criminis esse reus.  
Nos pater, & mater, generis mortalis origo,  
Heredes culpæ fecerat esse suæ.  
Exul vterque fuit, damnati carcere multi,  
Plurima perpetuo pars scelus igne luit.  
Ipse DEVS tandem, ne cetera turba peri-  
ret,

Causa

Causfidicam mundo ferre propinquat  
opem;

Deque tribunali saliens, vestemq; forensin

Indutus, mirâ protegit arte reos. (sans:

Non iras, neq; verba locat; sit mutus, & in-

Hæc patrocini primâ dat acta sui.

Nec differt causam, nec longa negotia ne-

ctit;

(opus.

Sed citò quàm vivit, tam citò tractat

Non est tardus Amor, nec semper in otia

tendit

Crastina, perpetuâ lite trahente moram.

Quis pudor, ignavæ testudinis imitar euntē

Ad metam nullo posse venire die?

Tépore prætereunt, annus fluit alter, & alter,

Vixque tulit primo limine causâ pedem.

Multa dies transit; menses moriuntur &

anni,

Ipsaque his, aucto robore, vivit adhuc.

Interea miseræ spoliatio dira crumenas

Attenuat, totas euacuatque domos.

Sic pecudem exhaust caprimulgus, & v-

bera siccat:

Sic tonsor toto vellere nudat ouem.

Non ita CHRISTVS agit, qui nil, nisi corda,

requirit:

Vllum si cor habes, hoc satis esse potest.

Hæc mercede suos tibi largè expendet a-

mores,

Elo.

Eloquiique sui flumina cuncta dabit.

En etiam illius fletus, lacrymaeque loquuntur,

Atque aliquid magno plus Cicerone sonant?

Nostra nec ille suo tractare negotia damno

Abnuvit. heu! quantis sumtibus illa gerit!

Pauper erat, sed erat pretiosa pecunia sanguis;

Hunc dedit, hæc eius sportula tota fuit.

Iamque suis opibus spoliatus, & omnia nudus,

Heu! etiam ablatâ fit quoque pelle lacer.

It sanguis, pretiumque fuit cum sanguine magnum,

Deq; vno immensas vulnere fundit opes.

## ELEGIA III.

### CHRISTVS *Aduocatus in Cruce.*

Tale rudimentum prima incunabula rerû

Accipiunt, fuerit quis modò finis, habe.

Non requiescit Amor, nisi totam exhauferit  
urnam,

Nulla vel ut litis pars superesse queat.

In cruce (si quidquam poterat superesse  
videri)

Perficit; hæc causæ machina summa fuit,

Hæc

Hæc sua rostra facit, toto hinc è pectore, totis

Artibus, & totâ voce Patronus agit.  
 Aëre sublimi, verè mediator vt esset,  
 Iungeret & partes, inter vtramque stetit.  
 Et, dimitte Pater, sibi nullo haud crimine  
 peccant,

Hæc ait, & validâ sidera voce ferit.  
 Omnia consummata palàm sua prædicat  
 acta,

Et iurat causæ iam superesse nihil.  
 Nec mora, iam Superis fontes adiungit a-  
 micos,

Latroni hoc ipso dat sua regna die.  
 Forsitan exquiras, quæ sit scriptura pro-  
 bantis,

Quæ studij, & iuris det documenta sui?  
 Ipse sibi liber est, sibi Codex ipse, suumque,  
 Pro toto iuris corpore, Corpus habet.  
 Non atramento, proprio sed, sanguine scri-  
 bit,

Pro graphio clavi, chartaque pellis erata  
 Et pro Digestis, digesta hinc inde patescunt  
 Membra, rubricatis ductibus apta legi.  
 Cædite, nunc etiam magni super ætheris  
 axem.

Hoc habitu causas ipse superstes agit.  
 Cui comes adiicitur nostris percommoda  
 rebus

Mater, & ad solium Iudicis ausa venit.

N

Filius

Filius hinc lateris manuumque foramina  
monstrat,

Inde parens mammæ lacteolæque sinus.  
Inter utrumque sedens videt hæc spectacula  
Iudex:

Sed nihil aduersus tam bona iura potest.  
O! quoties voluit meritâ decernere poenâ?

O! quoties certâ plectere morte reos?

At simul vt plagas respexit, & vbera tâtum,  
Protinus abiecit languida tela manu.

His modò caussidicis hominum genus omne  
iunatur;

Viribus his victor quilibet esse potest.

## ELEGIA IV.

*Iurisconsulti quomodo tiores esse  
possint.*

Tu quodq; , qui toties aliena negotia tractas,  
Ipsemet huc causas, & tua iura refer.

Ah miser ! ah ! si quis, dum totus in extera  
fluxit,

Iacturam causæ fecerit ipse suæ.

Maxima circumstant artes discrimina ve-  
stras;

Huc ruit incanto plurima turba pedes,  
At rebus si rûte tuis bene prouidus esses,

Næ nimis in terrâ mens tibi curua foret;  
Est

Est iter in cælum, nec scalas IVO retraxit;  
 Pluribus illa bonis tenuita trita fuit.  
 Cur aliquis clamat, tibi vix gēs tota, peristi;  
 Cautidico nulli curia celsa patet.  
 Increpar, impaëtoque ferit sua pulpita pu-  
 gno,  
 Nec nisi bilem animis ægraque verba  
 mouet.  
 Vitibus blando decurrunt agmine riuī;  
 Torrens abruptis omnia vastat aquis.  
 Nec leporem semper streperi prendere mo-  
 lossi;  
 Certius in prædam dente silente ruunt.  
 Vidi ego sæpe leui volucres à glutine ca-  
 ptas,  
 Tangere quas missæ non potuere pilæ.  
 Tene iubent aliqui sacras dimittere leges,  
 Nullaque iuridici præmia nosse fori?  
 At nõ nos licitas iuris damnabimus artes,  
 Damnosæ quamuis pluribus esse solent.  
 Cur pereant vites, quia multis noxia vina  
 Furantur mentem, succutiuntq; caput?  
 Si quibus illa nocent, tantum collantur ab-  
 usus:  
 Multa verecundus commoda Bacchus  
 habet.  
 Artibus appositis aduersum pectus obar-  
 ma;  
 Quæ prosunt serua, quæ nocitura fuge.

## ELEGIA V.

*Nihil iniquum amplecti.*

Pauca tibi expediam; totum nunc surrage  
dicis

Pectus, & intentâ quod loquor aure bibe.

Multi clara tuæ deposcent munera linguæ,

Tu nisi iustitiæ porriges iuris opem.

Mitte quod iniustum, minimumque pro-  
babile censes,

Omnis inops meriti causâ negâda venit.

Hoc liceat Superis, hæc sit MARIANA pote-  
stas,

Prorsus ad immeritas poscere iura preces.

Hæc sola indignas nato producere causas,

Sola potest humiles asseruisse reos.

Ius habet ex illo qui dvis sine iure petendi,

Victor abit merito deficiente cliens.

At tu, quidquid erit, nihil amplectaris ini-  
quum;

Vtilius cessans, & sine lite manes.

Nec timeas, alius ne fortè hæc iurgia sumat,

Et lepus hic aliis exagita tus erit.

An tot causidicos inter paucosque clietes,

Ne desit quod agas, quod prohibetur ages?

Cogèris longos nodis intexere funes,

Crescas ut in vastâ parvula virga trabes?

Si

Si potes, occiudas venturæ limina liti,  
 Tu potius geminis esse sequester ama.  
 Ipse tuas artes, atque arma forensia damna;  
 Dic modo te medicū, principiiſque caue.  
 Principiò dirā nummorum interfice pestē,  
 Nec sine in extremū primus ut æstus eat.  
 Dic, sibi ne nimium fidat; simul obiiice,  
 quidquid

Certanti temere posse nocere putas.  
 Alterius nec iura tace; dic, sæpe triumphum  
 Turpiter ante diem gestaſque bella cani.  
 Dic minimas lites, vnā ceruice reſectā,  
 Instar hydræ damnis creſcere sæpe ſuis.  
 Dic vigiles curas, & quæ nec dicere poſſis,  
 Damna in peiores temper itura gradus.  
 Nī facis, in te vnū dispendia tota recum-  
 bent,  
 Quotquot erunt dictis accumulata tuis.  
 Cauſa mali tanti es: ſupremum redde qua-  
 drantem,  
 Soluere nec tua qui vincula poſſit, erit.

---

## ELEGIA VI.

### *Studij aſiduitas & Oratio.*

Mox vbi conſilij tibi rem ſuſceperis auctor,  
 Tempus in hoc ſtudium ſedulus omne  
 refer.

Quidquid erit, lōgūm ne differ, & otia vita;  
 Vtiliter quod agas semper habebis opus.

Et modò propositos poteris cognoscere te-

Deq; suis latebris ire iubere fidem: (stes,

Et modò iustitiæ cāpos spaciādo per omnes

Dispice, quod certū plurimus auctor habet;

Cumq; tuis pugna aduersas confere vires,

Quoque potes gladio dexteriore neca.

Excute prolixum primā sub luce soporem,

Ad tua te gallus scripta librosque vocat.

Da matutinas studiis grauioribus horas,

Perficiet reliquus, quæ leuiora, dies.

Sunt, quibus vtiliter præcūt plerumq; diei

Tempora prima quidē, cetera lusus habet.

Aut subeunt pictæ (nec desunt pocula)

chartæ:

Aur venit in cupidas alea nota manus.

Vespertina grauant ita demum pocula, in

altam

Debeat vt lucem crastinus ire sopor.

Puluerco interea stertunt & in assere lites,

Anno quas solido iā propè somnus habet.

Non tamen & Diuis spernas committere

curam,

Et votis tæli sollicitare fores.

Sunt aliquid Superi, neque leges omnia,

vincunt;

Affidua multi plus potuere prece.

Sæpe potens causam retulit patronus, at

ipse

Patro-

DE ARTE FOR. LIB. I. 223

Patrono fretus nobilior fuit.

Aut igitur facias causam reuocatus ad aras  
Ipse tuam fuso sanguine CHRISTVS a-  
gat.

Et poteris conuiuia sacris accubere mensis;  
Ingeniosus ab hac tu potes esse dape.

Virginis aut aris argento ductile munus.

Aut uoueas albas, dona minora, faces,  
Parthenicos cœtus, & limina nota fre-  
quentia;

Hic refer in Diuæ, quæ peragenda, manus.  
Sunt tibi, sintq; precor, magnæ tot limina  
Matris,

Illa peregrino sunt adeunda pede,  
Aut pete quam Foix tenuere umbracula  
quercus,

Aut quæ Sartanz culmina Rupis habent.  
Griuinei colles, (sic quodam à Virgine dictos

Nô malè trãspositus nominis ordo docet.)  
Et poterit magnæ iam clarus imagine Diuæ  
Esse locus votis Egidianus apex.

Aut prope Ruperti cœlestè inuise Magistrâ,

Aut aliam spatio quam breuiore petas.  
Quid Lãbertinis quæ prænitet obuia septis  
Prætereundo preces, & dare vota uetat?

Illã dabit, quod tu non, Iustiniane, docebis;

Hãc duce, iustitiam fortiter arma geres.  
Hãc duce, quæ sitor legalem temperat yr-  
nam,

Et dominas sortes, & sua sacra colit.

- „ Per MARIAM discunt sceptri moderamina Reges;  
 „ Per MARIAM leges sanctaque iura vigent.  
 „ Illa dat imperio gentes frenare superbas;  
 „ Illa iubet rectum iustitiantque sequi.

## ELEGIA VII.

### *Ne nimis multa suscipere.*

Hoc etiam moneo; simul haud amplectere  
 multa,

Impedit alternas plurima turba vices.

Ah! quoties, nimum voluit qui tollere pondus,  
 dus,

Omnia profecit, deposuitque manum?

Sic medio quondam deprensus nauita poto,

Quae vehit, infans plurima tradit aquis,

Sic tot aceruatae cumulantur in horrea  
 messes,

Vix ut trituram tertia reddat hiems.

CHRISTVS, dum viuit, pro mundo supplicat vno,

Hoc summum tanto tempore fecit opus.

Tota diei istuc & tempora noctis abibant,

Hic finis vitae principumque fuit.

Cur constipatae rumpunt tabularia chartae?

Gargara causarum tanta quid vnus habet?

An

Ipse suas potiùs prostituebat opes.  
 Interea doctæ peragebat fortia linguæ  
 Prælla. si fas est, mos, precor, ille redi.  
 Non esset captivâ auro redimenda profuso  
 Iustitia, indignus quam malè carcer ha-  
 ber.

Non tota in lites iret corrasa supellex,  
 Usque vel extremam fundirus in tunicâ.  
 Lucida non fixâ venirent iura sub hastâ,  
 Mercantùm arbitriò nec licitanda fides.  
 Officio suus esset honos, & clara patronis  
 Gloria: nunc multos cur honor iste fugit?  
 Cur? nisi quòd sordes & avaræ fœnera lin-  
 guæ

Causidicus mirâ sedulus arte rapit?  
 Cur? nisi quòd Iudex non antè negotia la-  
 xat,

Quàm sibi sat pingues sentiat esse manus?  
 Crescunt de minimis immensa voluminâ  
 rebus,

Linea ubi pretio non caret vlla suo.  
 Pagina lineolas quot habet, quot linea vo-  
 ces,

Tot pariter nummos amanuensis habet.  
 Nullus apex aliquo non est mercabilis ære:  
 Res minimæ heu! quantas depopulan-  
 tur opes!

Accensusque suos, & habet tabularius au-  
 ræos,

Inque librariolos pars aliquanta venit.

Omnis habet sua dona manus, neque mitti  
neris exors

Filia; quiddam etiam, quod cupit, vxor  
habet. (uncat,

Ipsè auri cumulos manibus patronus in-

Et tamè iste modus sportula nonnè habet.

Immèsos dic Oceanos, dic esse Charybdim,

Dic esse Inferni regna profunda Dei.

Quis Pluto, quis gurgès opum, quæ dira  
vorago

Immani tantas gutture sorbet opes?

Vos tamen, ô hominum lectissima turba,  
Sodales,

Non carpunt Elegi, gens pudibunda, mei.

Hos ego perstringo, magni quos Numinis  
horror

Non aliud melius carpere cogit iter.

Turba ciniflonû, qui gutture semper hiant

Indomitos flatus Diris in antra vomunt;

Inque suos oculos adigunt deformis arenæ

Pulverea nubem, nec sua damna vident.

Infremet hîc quisquam, nostro qui carmi-  
ne tangi

Se putet? occultum, suspicor, vicus habet.

Leni quantumuis sapiens agat arte Ma-  
chaon,

Semper ait, duram, qui dolet, esse manû.

Arte laboratas, fatuas sic asserit æger

Esse dapes; saperent, si sine febre foret.

At me quis totam dicat conuellere gètem,

CUI

Cū toties CHRISTVM gratulor esse du-  
cem: (auger.

Quæ Divam numerū tot pridem altaribus

Quæq; replet fastos, turba beata, tuos?

Quis tamen hoc nullos putet in certamine  
lapsos?

Esse quis hoc solo nulla pericla mari?  
Institor hoc credat, merces loculosque re-  
linquet,

Civili sperans tutior esse foro;

Depositoque sagæ Martis peret arma togati

Miles, ibi certus vulnera nulla pati.

Iam piscator aquas, agros dimittet arator,

Nauta ratem, medicus pharmaca, pastor  
oves.

Nil erit in toto spectare frequentius orbem

Omnibus hæc vna ars, hæc erit vna sa-  
lus.

Fallimur? an nostrum sua quisque pericula  
cernit,

Sola metus nullos vita forensis habet?

## ELEGIA X.

### *De Sportulis moderatis.*

Omelius dociles magnæ Genitricis alum-  
ni,

Sollicitudo animæ quos premit vna fides

NON

Non ego vos iubeo nullo gaudere lucello;  
 Non sunt imperij tam fera iussa mei.  
 Si petit hoc quisquam, quæ vestro digna  
 labore

Sportula non supra sit statuenda modum  
 Difficile est certò per singula dicere quàm:  
 Sit satis id, ratio quod docet esse satis.

Exponâ, si vis, quæ plurimus approbat au-  
 ctor,

Illuc securo tu potes ire pede,  
 Si genus est causæ, aut ratio scriptique reli-  
 que,

Cùm pretij statuât patria norma modum;  
 Mercedem Princeps certo si limite strinxit,  
 Sumere præscriptis vltiora caue.

Sin minus, arcanum iubeo explorare timorè  
 Numinis, & iusti quid tibi dicat amor.

Sæpe iubet ratio, quod lex, aut vsus omittit;  
 Consule te, per te discere multa potes.

Si videâre tibi dubius tamen esse Magister,  
 Accipe, quod tutâ fas tibi mente sequi.

Ardua si fuerit, neq; lis de paupere riuo,  
 Si locuples, cuius iura reuoluis, eris: (si,

Sumere tunc liceat, ratio quod dicat hone-  
 Quodq; DEI iustum non negat esse timor.

Plus aliquid dâdum est nauæ pretiosa vehenti,  
 Difficili fertur dum vaga cymba mari:

Quam si sola grauet informis taxa cymum;  
 Dum sine turbinibus molliter vnda cubat.

Huc etiâ refero, clara quæ matura fante,  
 Exi-

An defunt alij, tutò quibus omnia credas,

Quæ tua non poterit sola tenere ratis?

Aspice, quot iuris tibi Legia tota peritos,

Officij vacuos, & sine lite, ferat?

Et si fortè petas, vbi quisque probissimus  
extet?

Hos tibi præcipuê gens MARIANA dabit.  
Huc ades, & totam Diuz circumspecte tur-  
bam;

Hæc habet eximiû quidquid in vrbe petis.  
Elige de numero quemuis, securius illi,

Tu bene quod nequeas ferre, recumbet  
onus. (pan,

Sic erit, inducat nullam vt mora noxia culi.

Quæ iubeat damni te simul esse reum.

Nam tua si culpa est, quæ sunt dispendia,  
debes;

Stringeris admitti relligione tui.

Nec satis est, tutas deponere crimen ad au-  
res; (nent.

Alterâ vinela cadunt, altera vincla ma-  
Ista tuas semper mordebit cura medullas:

Ah! talem ne te funeris hora premat.

Ah! ne Tartarus teneat post funera carcer,  
Crimen vbi æternus debitor igne luas.

Cetera quid doceam? tuncos procul abij-  
ce fucos,

„Simplicitas debet legibus esse comes.

Sunt, quibus ambiguo leges vincire co-  
churno;

Cereaque in quiduis flectere iura placet.  
 Heu quot in ambages, quot distorquetur in  
 orbes,

Quot nodos omnis regula iuris habet!  
 Mille loquendi artes, obscuraque nomina  
 mille

Offundunt tenebras, eripiuntque diem.  
 Viuat adhuc Baldus, non sese agnosceret in  
 illis;

Barolus in laqueos insidiasque cadet.  
 Decipiat volucrum simulatis vocibus au-  
 ceps;

In sinuosa vagus retia piscis eat:  
 Sepia tingat aquas, ne deprendatur in illis;  
 Illudat ceruus pulveris arte canes:

„Ex hominum cœtu fraudes procul este  
 malignæ;

„Non sapiendi astu, sed ratione, sumus,

## ELEGIA VIII,

*MARIAM colere & imitari, miseri-  
 risq; patrocinari.*

Hoc quoque præciperem, nisi te res ipsa  
 doceret,

Ante DEVM causæ providus esse tuz.  
 Vna MARIANIS te cœtibus addere saltèm  
 Cura sit, hinc bellis arma petenda tuis.

Te

Te patronum aliis, MARIAE decet esse  
clientem;

Quia & discipulus, si sapi, esse roga.

Illius exemplo miseris succurrere disce,  
Haec praestans aliis, quam tibi praestat, o-  
pem; (orbos

Flentesque in viduas, ipsisque parentibus  
Effluat ingenij vis operosa tui.

Ah! quoties iustae percunt sine vindice  
causae!

Ah! quoties iuris praemia crimen habet  
Opprimit arctatas pretiosa potentia leges,  
Et minor in numis fit quoque iure minor.  
Immodicis fiunt sic piscibus esca minores;  
Sic vespertino debilis agna lupo.

Nullus eat contra? saliens in proelia nullus  
Atrata leges obsidione leuet?

Ite MARIANI, neque segnitèr ite, Sodales,  
Vos alibi merces altera iusta manet.

In caelum sic IVO viam sibi fecit, & isto  
Praecipue semper dives in aere fuit.

Sunt quaedam tribuenda DEO., mittende  
que sursum,

Nullus vbi tutas fur populatur opes.  
Obuia cur tantum nostris aspectibus optas  
Praemia, post tenues interitura moras?  
Sunt alia humanos nunc effugientia visus,  
Attamen interitum temporis illa carent.  
Huc mentem, huc oculos sollers intende  
fideles;

N O

Cor.

Corporeoque aliquid lumine pleris habet.  
Sic inhias lucro, qui nactus es omnia gratis,

Quæ tibi diuinâ sunt numerata manu?

At qui pauper eras, alieno scilicet ære

Subdûxisti è stygio libera colla iugo;

Patronique tui pretioso sanguine caussam

Euincis, pretij nescius ipse tui.

Dat quod habet totum, & ne quid post fu-  
nera restet,

Perforat exanimum lancea torra latus.

Inunc, & penitus totas exsuge crumenas

Pauperis, atque ipso sanguine pastus abî.

Et iam audent aliqui pecudem deglubere  
totam,

Nec nisi siccatam mittit hirudo curem?

## ELEGIA IX.

### De Sportulis.

Ubi iure suo mos optimus ille fruendi,  
Quem veteres, quamuis barbarâ turba,  
docent?

Mos erat antiquis, tenui portata canistro  
Pauca patronis munera ferre suis.

Hic molles dabat asparagos, hic mitia po-  
ma,

- Aut aliud, facilis quod tribuebat ager.  
Sæpe etiam solo contentus honore clietis,  
Ipse

DE ARTE FOR. LIB. I. 233

Eximiumque diu res bene gesta probat.  
Si quis in vrbe sua vulgò celeberrimus au-  
Fertur & esse sui gloria prima fori. (dit,  
Vberius pascuntur equi, phalerisq; nitescunt,  
Quos magis illustres vis animosa facit.  
At moneo imprimis, ne te tua fallat imago,  
Nec te aliquid temere grandius esse puta.  
Pygmæus primo surgens sub sole, suamque  
Admirans umbram, credidit esse gigas,  
Nec satis est, aliqua si dent tibi nomen A-  
thenæ,

Aut quaecumq; Stoam Iustinianus habet.  
Nec satis est, si veste amplâ, bisloq; sonanti  
Stridulus, & cellum quid videre gradi.  
Nónne vides tenues, petasata cacumina,  
fungos

Eminulû quiddam, subter habere nihil!  
Ille meos habeat (iubeor si pendere) nûmos.  
Cuius totâ hausit cana senecta Themim:  
Qui docti capitis celsâ complectitur arce,  
Omniuagæ litis quidquid ad arma facit.  
Qui iuris longoque fori iam cognitus vsu,  
Plura patrocini protulit acta sui.  
Esto, meâ nihil, aut modicû, pro lite laboret,  
Quamq; alius tardè, tâ citò tractet opus;  
Cur, quia mente celer, mea promptius ex-  
pedit acta,

Nec studij deinceps vltioris eget,  
Cur ideo donatus eat mercede minori,  
Quam mœra cûi tribui vix queat vlla sa-  
tis

Incli-

Inclita cur illi sua sit sapientia damno,  
Plus habeatque aliquid si magis esset he-  
bes?

Est etiam iusti sat congrua regula lucri,  
Mos patriæ, ratio quæ tamen ipsa probat,  
Consule, quò tutos hominum pars optima  
passus

Conferat, & multâ quæ via pressa rota?  
At caue, si multos extra rationis honestum  
Ire vides, illuc tu quoque ferre pedem.  
Tale solet pleno stolidû pecus ire macello,  
Et, præeunte vno, tota caterua sequi,  
Nescia, se iugulû funesto obtrudere cultro,  
Quamque procul metus est, tam propè  
stare necem. (bunt;

Iprudens, tibi quò melliorum exèpla præi-  
Cum fatuis etiam perditus esse time.

Multi multa putât: erit is me iudice tutus,  
Qui mediæ poterit conscius esse viæ.

Hoc superest: liris quâuis pro parte pacisci  
De pretio, summum noueris esse nefas.

Hoc tuus & Codex manifesta que iura lo-  
quuntur;

Hoc ratio, si te cõsulis, ipsa docet.  
Ah! quoties ardor dectetæ partis habendæ

Per fas atque nefas furis in arma ruit!  
Iurauit quoties aliquis studuisse clienti,

Ipsæ tamen causam fecerat esse suam!  
Et duci alterius nullâ rationis habenâ

Passus, in ambages circuitusque meat.  
Ipsa

DE ARTE FOR. LIB. I. 235  
Ipsa sibi mens eripitur, nulloq; mouenda  
Consilio, indomitâ pectora caute rigent.

---

## ELEGIA XI.

### *Epilogus.*

Hæc ego dum cecini (lepidi ridete Poëtæ)  
Ante oculos iuris plurimus auctor erat.  
Læsius, Henricus, Sotus, Syluester & Azor,  
Sûarius, & sacri maxima turba fori.  
Fors aliquis totâ dū sparsa volumina mēsâ  
Aspicit; hæc, inquit, quid tibi mole paras?  
Hîc ego, subridens, Musas & carmina, dixi,  
Sunt mihi Pieriis ista liganda modis.  
Hæret, & obtutu paullum defixus in isto  
Se negat his dictis addere posse fidem,  
Si sedet hoc animo lætum hinc deducere  
carmen,  
Cuncta soluta suis legibus ire subes.  
Plus tua, quam liceat, tribuunt sibi carmina  
iuris?  
Interior spatio curre Poëta tuo.  
Quid si Palladias inuadat Phœbus Arhenas?  
Quid si Pierium docta Minerua nemus?  
Cur in Apollineas Academia prouolet artes,  
Disputet inque sacrâ turba nouena Stoâ?  
Nam licet Aoniâ facilis dicaris in arte,  
Materies Elegos non amat ista tuos.

Quid

## 236. IACOBI IARDINII

Quid facerem? meus vrges amor sic ludere,  
charis

Possit vt iste meis vrilis esse iocus.

Sic aliquis, nostros voluet dū fortē libellos,

Commodus iste suis, dicet, amicus erat.

Quā lepida vates, tā Doctōr serius idem

Dat simul ingenij munera bina sui.

Ludit, at immiscet facili sua seria ludo:

Dumque canit, lætā plurima voce docet.

Non id velle nego; ludēdo optamus amātes

Quemlibet è nostro lucra referre ioco.

Quidquid erit, ludā; veniet fors ista legenti


In mentem officij pars aliquanta sui.

Felices Elegi, si per vos vnica saltē

Mens studeat rectas quærere, & ire vias!

Non aliud nostræ poscūt in præmia Mūsæ;

Hæc detur capiti laurea sola meo.



237

IACOBI IARDINII  
è Societate I. S. V.  
DE ARTE FORENSI  
LIBER SECVNDVS  
A D  
I V D I C E S,  
—————  
E L E G I A I.

*Primum subsidium: extremi iudicij meditatio.*

Ludimus innocui; nullum mea carmina  
vulnus, (rant.

Quã quod habere cupit, qui legit illa, pa-  
Quæ modò causidicis tenui commissa li-  
bello

Consilia in paucas suimus ire manus,  
Cognitor admittit, Musilque monentibus  
oprat

Discere iudicij sacra modumque sui.  
Quis melior nostras absoluet calculus ar-  
tes,

Quàm simile Iudex dum sibi poscit opes?  
Quamque patrocinium, tam CHRISTI grã-  
de tribunal. Aspi-

Aspicere, & hoc sperans tutior esse metu?  
 Vtile propositum est, in rerum intendere  
 fines,

Præque suas vigili noscere mente vices.  
 Multa futura manent; ne te præsentia fal-  
 lant:

Quam nemo effugiet, fors subeūda tibi est.  
 Tempus erit, summa cum tellus vsta favilla  
 Subsudet toto nuda relicta sſu.

Inclita tot doctis resonantia vocibus ora,  
 Didita per fastos nomina tanta tuos;  
 Prætorū falces, tot scepra minantia Regū,  
 Vnus erunt toto mutus in orbe cinis.  
 Heu! vbi terrarum tot sunt monumenta,  
 tot vrbes,

Culmina tot, magnis inuidiosa polis?  
 Dic, vbi septemā gaudebant arce Quiri-  
 tes?

Dic grandis Babylon, aut vbi Memphis  
 erat?

Quære patrum longas post hæc incendia  
 ceras;

Exhibeat claros hic tibi fumus auos.

Quære tuos fines agrosque notantia saxa,  
 Hortosque & patrij iugera culta soli.  
 Cuncta sepulta iacent; mors vndique, &  
 vndique puluis: (doce.

Quæ tua sunt, hæc iam per monumenta  
 Huc animos adhibe, quisquis cognoscere  
 causas

Iustus

Iussus es, atque oculo, quo potes, ista vide.  
 Quidquid grande nicas, quo Nummis in-  
 star habetis,

Quàm tua non longū gloria lumen habet!  
 Magnum si quid habes, quod te supercedere  
 vulgò

Dicitur, aduerso pondere mentis eget.  
 Comprime prætumidos animoso in pecto-  
 re fastus;

Sis quamuis aliquid, dic tamen esse nihil.  
 Omnia si demas animi cælestia dona,

Cetera quid vili puluere maius habent?  
 Nec te iudicij tibi tradita subleuet vrna;

Te faciet reliquis funebris vrna parem.  
 Respice deletum flammis vlticibus orbē,  
 Abstulerint hominū lumina quæta vides?

Quid nisi pars tenuis, massâ diceris in illâ,  
 Quam simul in cineres vltimus ignis aget?

Mox vbi sufficiens expleto temporis orbē  
 Iussus erit terris incubuisse sopor,

Alta repentino clangore silentia rumpent  
 Emisssæ mundi per latus omne tubæ;

Quæ genus omne hominum positis extrē  
 sepulchris,

Et summum iubeant ante tribunal agi,  
 Iam tremefacta suos laxabunt Tartara ma-  
 nes,

Tota ruet vasto candida turba polo:  
 Exuvias veteres & corpora quisque resu-  
 mer,

Vndi-

Vndique depositum conficia reddet hu-  
mus. (mess;

Sic latebras relinquunt agitati murmure ver-  
Miratur pavidum non sua regna pecus.

Vna orbi facies, facies non omnibus vna;

Edicet sortem mens sua cuique suam.

Non sobolem genitor, non queret filia  
matrem;

Quisque suo artonitus stabit inersque  
metu.

Hic fundet lacrymas, illum stupor obruet  
ingens,

Ille dabit plausus, hic gemet, ille canet.

Hic ruere in præceps, sub montibus ille la-  
tère,

Pars cupiet tenebras, pars magis esse diæ.

Vos, Genij volucres, in binas agmina partes,

Hic hædos, lætas hic statuëtis oues.

In mare coniectæ postquam emersère sa-  
gentæ,

Mittitur in tutas optima præda rates;

Quisquilæque foras & inutile vulgus a-  
guntur. (bet.

Nil, nisi quod purum est, altera classis ha-

In solio iudex (solum dabit aurea nubes.)

Ora feret toto conspicienda polo.

Non ita sol rutilum cælo se tollit ab alto,

Cum medium ardenti perficit ore diem.

Hic seni Patres, cæli sacer ille senatus,

In cuneum cathedras sumet vtrinq; suas.

Alige

*Algera adstant infra supraque phalanges,*

*Iris ut immenso ducitur ampla polo.*

*Pars hominum medias implebit cetera  
valles,*

*Opperiens causæ iura tremenda suæ.*

*Auxilium nullus venali ex ore reposcet;*

*Quæretur nullâ muneris arte favor.*

*Non abstrusa dabunt veteres monumenta  
tabellæ,*

*Efficient rebus conscia corda fidem.*

*Si qua fides veri tibi pectoris ima subiuit,*

*Sæpe tibi hunc opus est voluere mente  
diem.*

## ELEGIA II.

*Ex quâ hominum classe plures perire  
videantur.*

*Multorum trepidas agitavit questio men-  
tes,*

*Pars hominum maior quæ stygis antra  
colat?*

*Quemq; suâ meritò de conditione timere*

*Suadeo; securus quisque timore suo est.*

*Sæpe mihi terrore animum, Chrysostone,  
pulsas:*

*Plures è Mystis quippe perire doces.*

○

Maxi-

Maxima sacrilegi nam pars perire arte si-  
monis,

Quæ pacto sacras arte subhastat opes.  
Non profecturos alitis malè perdit in usus,  
Quod per mendicas debuit ire manus.  
Horresco referens, pars in sacra proruit irri-  
par,

Nec mentis cultu sufficiente nitet.  
Quot tamen heu ! Mauors auidum trans-  
mittit ad orcum

Millia, quàm Diuos pauca secuta duces?  
Rara viget sæuo pietas comes addita ferro,  
Pluraq; sæpe animi vulnera miles habet.  
Quis bene mercantùm damnosa pericula  
vitat?

Quis satis vsuræ pallia texta cauet?  
Collybij pereunt variâ quod fraude dani-  
stæ?

Reddere quàm patricis, quæ malè parta,  
placet?  
Iam quæ Causidicis & Quæstoribus ob-  
stent

Quære per vrbanae splendida castra togæ  
Suspicio est, genus hoc alias superare pha-  
langes,

Et mihi sunt mirâ signa probata notâ.  
Serigeras pecudes (malim, Antonine, refer-  
res)

In stabulum properè dum iubet ire pueri;  
Ire greges renuūt, neq; notis vocibus vllis,  
Nec

DE ARTE FOR. LIB. II. 243

Nec sciticae parent verberibusque sues.  
Tum puer indignas, portam iubet ire refertam,  
Ut properat iudex ad stygis ima frequens.  
Ite, ait, o pecudes, barathri velut ostia deis  
Peruia Caustidicis Iudicibusque patent.  
Vix audita fuit noua compellatio, raptim  
Ad stabili fauces cum pecus omne ruit.  
Pars turpi vestita luto, pars ore remandens  
E sibi vicino quod modo vultit agro.  
Hic teneras & adhuc virides asportat aristas,

Hic laceros caules, longaque frustra trahit.  
Praeda fuit diuersa, sed omnibus vna de-  
hiscens

Posta rapit totos in sua claustra greges.  
Fit via vi, clausosque aditus atque ostia com-  
plent

Agmine, fortuitas transiliuntque vices.  
Hic superingressio superatur acertus aceruo.  
Donec tota sua turba recumbat hara.  
Styx audita metum stolidis animantibus  
infert,

Verbaque solus homo surdus ad ista manet?  
Nec timet in tanta numerus quondam esse  
caterua?

Nec satagit cautos inde referre pedes?  
Et speculam haec aliquis cernens spectacula iu-  
dex,

Proiecit lites, desertiitque forum.  
sic nobiscum agitur? virabo pericula, dixit

244 IACOBI IARDINIÆ

Amodo solius sit mihi cura mei.

Splendidus arte togæ censerî è gente Mi-  
norum

Impetrat; hæc illi certior ara fuit.

Non ego te totis iubeo discedere castris:

Hâc cape consiliû quod sit in arte meâ.

Quod loquar, ingenuum est, sic me puto  
posse placere,

Mens (utinam videas!) criminæ nostra  
vacat.

Nec volo paucorum diffundere crimen in  
omnes,

Spectentur meritis omnia vestra suis.

Omnia, quæ referam, forsân tibi cognita  
dices:

Non egeo monitis, belle poëta, tuis.

Quod nocuit multis, dicâ noscîre moneri.

Quisque repurgatus sat sibi vilis erat.

Decipimur nostris, extrâ est, quodcumque  
videmus:

Quæ patefacta foris pupula, clausa do-  
mi est.

Quisque suas patimur quovis à munere  
labes:

Difficile est certò noscère cuique suas.

ELE.

## ELEGIA III.

*Tertium subsidium & quartum: frequens inspectio sui, & sacrorum usus.*

Pars aderis scenâ non parua futurus in illâ,  
 Quisquis iuridicæ munia fortis habes.  
 Tu te siste frequens ad Iudicis ora seueri,  
 Prospiciens causæ, quâ licet, vsque tuæ.  
 Vesper adest? prius admittant quàm festa  
 soporem

Lumina, iam serâ dic tibi nocte diem.  
 Ipse tuâ cogas attentâ in mente senatum,  
 Huc tibi tu lictor, tu tibi testis ades.  
 Teque reum facias tuus accusator oportet,  
 Et, bene si tecum singula voluis, eris.  
 Fortè etiam pœnas à te pia flagra reposcèt,  
 Ah! saltèm pugno vindice corda quate.  
 Sæpe suis quæstor semet rationibus vrget,  
 Et steriles domini nescit habere moras.  
 Crimina cuncta tamen tibi vt indulgentia  
 soluat

Certior, arcanis auribus illa refer.  
 Est tibi qui fasto facilis scelus omne remittit  
 Dicat, & esse volet vincla soluta DEVS.  
 Sæpius ipse tui fias vt Iudicis hospes,

Quid vetat, & festâ conciliâre dape?  
 Hic tua, si qua paras, feret ad cœuiua læces,  
 Qualia, nōnne vidēs, se tibi liba facis?

Et ne languineam timeas in Iudice vestem,  
 Aspicias, vt lætas induit ille niues?

Candidus est, illi tu candida pectora redder

Conuenit hospitio talis vtrunque color.

Vtere congressu, dic (tūm molliissima fandi

Tempora sunt) animo quidquid aman-  
 te potes.

Et iam prouideas, sit vt hospes ab hospite  
 tutus,

Cūm sub eo causam dicere iūssus eris.

Cūncta excussurus secreti pectoris antra,

Ne rigidi tecum Iudicis instar agat.

Quis reus omne suum poterit pernoscere  
 crimen?

Improbilas ecquem non sua sæpe latet?

Dum finis ipse, & adhuc miserendi tempo-  
 ra currunt,

Quod scis, quod nescis, nesciat ille scelus.

Nesciat, & merita te trāsuehat ostia pœnæ,

Quā vel ob alterius crimina dignus eras.

Ah! traheris quoties alienæ in debita noxæ?

Te quoties clamant non tua facta reum!

Tūc erit, vt longas possis recitare querelas,

Et variam variis poscere rebus opem.

ELE.

## ELEGIA IV.

*Quintum subsidium : Sodalitas &*  
**BEATAE VIRGINIS**  
*cultus.*

Diua parens votis sua vota fidelibus addet,  
 Huius in obsequio languidus esse caue.  
 Iustitiaene petis, quæ sit tutissima sedes,  
 Hanc ego prætidium Virginis esse putò.  
 Nec minus in cælo ( cælestibus utere sig-  
 nis)

Virginis & libræ proxima signa vides.  
 Hæc illam sequitur radis afflata propin-  
 quis;

Sed nec huic fieri respuit illa comes.  
 Sint etiam terris rectæ famulancia Libræ  
 Sidera Parthenicis motibus apta regi.  
 Trade Sodalitij sacris tua nomina fastis;  
 Hic etiam dici Virginis hospes ama.  
 Hic tibi Diua suæ chlamydis tectoria laxat,  
 Hic & agi causas, & sinit esse forum.  
 Hæc quondam Astrææ si cognita testa fuisset,

Hic sibi fixisset, non reditura, domum.  
 Et, puto, si sciret, cælo reuocata rediret;  
 Templum hoc iustitiæ diceret esse suæ.  
 Aspice bis septem lato præsignia clauo

## 248 IACOBI IARDINI

Pectora, Legiaci culmina cella fori.  
 Aspice consulte numerosa examina gentis,  
 Quam populi fauces & fora docta decent.  
 Certatim ut properant ista latitare sub um-  
 bra!

Ista magis claros ut facit umbra viros!  
 Quisque suum his latebris gaudet fixisse  
 tribunal,  
 Hic dominas leges & sua sacra colit.  
 Quotque Senatores prope sunt, totidem-  
 que Sodales;  
 Non merito hoc dicas Virginis esse fo-  
 rum?

Hic ubi iuridicam **MARIAE** chlamys exhi-  
 bet aulam,

Integritas numeros obtinet alma suos.  
 Illa vetat varias illuc irrumpere pestes,  
 Monstraque iudiciis tollere nata decus.  
 Est aliquid monitis præbere fidelibus aure,  
 Diua suis quoties publica verba facit.  
 Omnibus illa modos præceptaque dictat  
 honesti,

Securosque sui muneris esse docet.  
 Dum legis hæc, forsitan, felix ô Legia t' dicis,  
 Digna tui tanto iuris honore frui.  
 Nam si Diua mouens his quæstoribus ut-  
 nam.

In tua decretâ iudicet acta pilâ;  
 Siue opus est atrû mortis præfigere theta,  
 Sic placitum Diuis cogitat esse reus:

Siue

Sine opus est iuris quævis responsa profari,  
 Dicendū est; *MARIAE* calculus ille fuit.  
 Sed mens hic nimium laxis spatiatuſ ha-  
 benis

Tramite felici currere gaudet equus.  
 Huc mihi cursus erat, *MARIANA* vt. ſepta  
 docerem

Traſtandis tutam legibus eſſe domum.  
 Plurima parua monens videar tibi forte  
 minutus,

Omnia præſidiis ſunt tamen apra tuis.  
 Multa ſimul profunt; nil prorsus inutile  
 cenſet,

Quem pia ſollicitum cura ſalutis habet.  
 Non ſatis vna tuam tutabitur anchora,  
 puppim,

Incumbunt veſtro flamina multa mari:

---

## ELEGIA V.

### *Prudentiæ & Eruditiõ.*

Quidquid erit ſaltẽm lubitum tibi, quid-  
 quid abhorres

Conſilij, aut dextrã ſedulus aure capis:  
 Prouidus id cura, partẽm amplectaris vt o-  
 mnem,

Quæ terris aliquẽ te prober eſſe *DEVM*.  
 Eſt aliqua tibi namq; tenus diuina poteſtas

O ; Cre-

Credita, te vitæ est & neclis vrna penes.  
 Neu tibi quid pereat de maiestatis honore,  
 Magnû aliquid præ te Numinis instar ha-  
 be.

(recessus

Pars tua non minima est, legi penetrâsse

Quoslibet, & varij iusta modoque fori.

Seu quæ Cæsareæ subeunt examina virgæ,

Seu quæ Romano sunt agitata foro.

Sunt tibi de magnis promæda oracula rebus,

Et quasi diuino te decet ore loqui.

Si tua quærentem cortina fefellerit vltum,

Nô minimû crimé fonticus error habet.

Est quæ habeat faciles sæpe ignorâtia Diuos,

Vix tamen ignosci iudicis vlla potest.

Abstineat clauo pelagi qui nesciat artem,

Nec varias syrtes, nec vada cæca videt.

Ille meas merces dubie remerarius vndæ

Commisit, damni sit reus ille mei.

Incautus Phaëthon, patriis suffectus habe-  
 nis,

Turbauit toto deuius orbe diem.

Orphæa indocto cirharâ qui pollice tangit,

Hunc atroce perunt vndiq; dente canes.

Omne forû fugias, animo nisi prædita grâ

Admittât totâ pectoris ima Themim. (dñ

Inspiciatque altè causâam, penitusque repo-  
 stas

In latebras acxi lumine mentis eas; (ras

Tâ verbis, quàm mēteceler proferre sub au-

Abdita, & anguipedes anticipare dolos,

ELE

## ELEGIA VI,

*Probitas & bona fama.*

Interca probitas paribus vestigia curis

Figat, olorinâ pectus amicta niue,

Quæ probitate ca ret, nō est prudētia iuris;  
Claudicat, & dextro deficit illa pede.

Qui virtute minūs, quàm clarus iure voca-  
tury.

Non gerit ille suâ nomina digna togâ.

Quis quadrare viro titulos & nomina dicet,  
Indolis & morum sint nisi nacta fidem?

Sic licet eximium gentis decus ille togatæ,  
Hâc potius dici veste togatus amet.

His titulis magnos suspexit Roma Catones,  
Inficeret nullâ quos sua fama notâ.

Quid? scelerisne reum sceleratus dicere  
cenfor

Audeat, & noxæ conscius ipse suæ?

Turpe malus iudex, sua quem sententia  
damnat;

Turpe iubens pœnam, dignior ipse, pati.  
Si reus agnoscat, merito tibi dicere possit:

In tua supplicium crimina verte meum.

Pace tuâ, prætor, legem tu solvere primus  
Diceris, in furcam tu quoque primus abi.

Et reus & iudex merito pendebimus ambo,

Tu

Tu mea furta vides, sed tua plura latent  
Sunt quæ nō possunt aliquo cogente pro-  
bari;

Nec tamen occultâ suspitione carent,  
Suspicio vestris multum conatibus obstat;  
Præcipuè famæ consule quisque tuæ.

Quæ venit à castæ sententiæ iudice famæ,  
Hæc quoque damnato iusta putanda ve-  
nit.

Si minimo fueris vitij rumore notatus,  
Inprobrum recidens quælibet ulla tuū.  
Crimina dicentur, sua quæ cuique ira do-  
lorque

Finget, & ex minimâ sorde pudendus eris.  
Cur aliquis cunctos cacodæmonas euocat  
orco;

Nec sunt in diras Tartara tota satis?  
Cur amissa foro per vim repetuntur & ar-  
ma,

Perditâq; externū causâ tribunal habet?  
Qui probitate tuâ se perdere iudice causâ  
Sentiet, hanc reddi non aliunde petet.

Si petet, in quamvis lis desultoria sedem  
Transibilet, euentu concidet illa pari.  
Tot sibi nam certos ager in cōtraria testes,

Publica quot famæ sunt moniméta tuæ.  
Nulla tibi minimos aspergant crimina næ-  
uos;

Quæ tua sunt semper grandia Momus ait.  
Nec satis est aliquâ vitiorum parte carere.

Quæ

Quæ suspecta tuo vel sit iniqua foro.

Dum mulier domino defertur adultera

CHRISTO,

In pœnamque vrget gens Pharisæa dari;

Criminis hîc expers cuiuslibet esse iubetur,

Qui lapideam primus mittere dignus erit.

Nonne satis fuerat, si non audiret adulter,

Crimina quàm læsi pûniat antè tori?

Nulla, subornatæ si sint periuria linguæ,

Nec maculét sanctas impia furta manus?

Estis, iô, nostris quædâ quasi Numina terris;

Inficiant ipsos crimina nulla Deos.

## ELEGIA VII.

### *De iudicijs criminum.*

Sed me fluminibus venti maioris euntem

Euocat ex alto flexilis aura mari.

Ad propiora feror, vicinaq; littora stringos

Accipe iudicis quæ via certa tuis.

At tu, sanguinæ veniens ad limina portæ,

Siste verecundam Musa benigna pedem.

Nil mihi cû vitis, & dandæ iudice pœnæ,

Nô fora quid poscant sanguinoléta cano:

Sat gravis hos, aut hos plectat quæ pœna

nocentes,

Quis flammâ, aut læuæ dignior axe rotæ;

Quod laqueo guttur, gladio quæ debita

ceruix;

P

Cau-

Cæcitate quæ patrio terga notare satis  
 Quæ tormentorum satis apta potètia verè  
 Eripere, & totam prolucuisse fidem.  
 Cándida Cælicolæ vestro date pocula vati,  
 Sanguinis in caussas additus esse vector.  
 Castalios pudor est miscere cruore liquores,  
 Non adeò est Musæ vena cruenta meæ.  
 Me mea simplicitas alias traducat in artes,  
 Erigere afflictos sit mea cura reos:  
 Hortari placidè decretâ admittere mortè,  
 Quæ breue sit vitæ nobilioris iter. (res,  
 Omne aliud nostras depromat crimè ad au-  
 Quamq; dabo fidam nil vereatur opem.  
 Non mea maiores statuèt examina pœnas,  
 Nec quæcumq; meo sunt agitata foro.  
 At tu, iudicij cui fors commissa cruenti,  
 Perspectâ quid agas sedulus arte vide.  
 Res tibi cū morte est, nō est hæc alea lusus;  
 Te reus ante tremittit tu magis ipse treme.  
 Expleuere tuas semel vt rata funerà leges,  
 Non effringendo sicut adamante fores.  
 Altera nō reuocat mœstos sentètia manes,  
 Criminis effugium nec tuus error habet.  
 In tua seruantur venturi examina testes,  
 Urgebitque tuas turba sepulta vices.  
 Plurima post tandè recalebit secula, teque,  
 Quem malè fudisti, deferet ille cruor:  
 Exiget immeritò meritas pro funere pœnas,  
 Nulla quibus finem secta voluta ferant.  
 Interea afflictus cœcèdet in æthera clamor  
 Sæc.

DE ARTE FOR. LIB. II. 255

Sanguinis, inq; tuâ plurimus aure fremet.  
Redde mihi, (sed erit reddendi nulla facultas.) (pis.

Redde tamen, dicet, quod mihi, sæue, ra-  
Horrida sanguineæ mittet tibi sônia laruç,

Multaque ferales inferet vmbra metus.  
Ad tua nocturni pulsabunt ostia manes,

Inque tuo iugent proxima membra toro.  
Spectabis vitu tristes ad singula formas,

Omnia dira in te monstra putabis agi.  
Innocuum referent bibituro vina cruorem,

Mensa Thyesteas finget acerba dapes.  
Dû Theodoricus piscè prospectat hiantem,

Symmachus in mensâ visus adesse fuit.  
Symmachus, exclamat, sæuo mihi dente

minatur: (erat.

Hei mihi! parce, precor, Symmache; piscis  
Coctus erat piscis, velle hunc mordere pu-  
tauit,

Exanimis solo concidit ipse metu.  
Sic geminum solem & duplices se ostende-  
re Thebas

Finxit Oresteus, cunctaque versa, furor.

---

## ELEGIA VIII,

### *Ordo & forma Iudiciorum.*

Sic, age, sollicitâ, quâtu potes, arrige mētē,  
Iudicioque feri nil sine decēte tui.

Proditur, ornata redimens dispēdia forme;

Femina; pulchra satis, non eget arte colli-  
 tusius Apellis erat Helenam depingere tiro,

Huc totam ille suæ contulit artis opem.  
 Nō formosa satis, satis ut formosa putetur,

Plurima in hanc sparsim bractea iacta fuit.  
 Pulchram non poterat quam dicere, fecit

ut esset

Aurea; contempsit turpe magister opus.

Est qui mendaci specie grassatur honesti,

Perque manus alias dona pudenda capit.

Dicitur abesse domo nihil admisisse putetur;

Sed domini partes sat bene seruis agit.

Aut nescire cupit, cupit aut nescisse videri.

Allatum quidquam; gratia nulla redit.

Aut simulat tādē notum sibi serō fuisse:

Hoc totum famuli dicitur esse scelus.

Si leuis est nummus, seruo dimittit habēdū;

Ipsē sibi quidquam sumere posse negat.

Hāc emitur seruis, solā hāc mercede tenetur;

Hāc molitor proprias arte saginat aues.

Scis quid agas? etiam famulares comprimō

palmas:

Grande sit, exiguum vel terigisse, nefas.

Hāc domui toti præcepta fideliter vrge;

Compos eris voti, tu modō velle tene.

Nec minū ad socias si quando vocabere

mensas,

Ire caue; hāc etiam tu potes arte capi.

Munera si renuis, pariter conuiuia vita;

Iure.

Punguntur vetiti muneris illa vice.

Interdū potis quædam speciosa videntur,

Turpia sunt; & quæ singula, bina pugnat.

Quid madidas agitas lōga inter pocula lites?

Cur medio cogis iura natare mero?

Ius liquidū vini non indiget arte liqueres;

Hæc potius tenebras insula semper habet.

Nauta cupit portum? cycladas videt illic

natantes,

Haurit vbi miseras vnda Falerna rates:

At bene seruato fertur prudentia clauo,

Sobrius hunc semper si, Palinure, tenes.

Nec pedibus quamuis, quamuis nec mente

vacilles,

Et sedet hoc animo, iura piūque sequi:

Non tamē efficies, ne vel tua fama labore;

Quidquid ages, plenum suspicionis erit.

Fors erit è multis, lepidō qui gestiat ore

Dicere, ius illic omne fuisse meritum.

Non bene Iustitiæ per Bacchi altare litatur:

tur:

Non est conueniens legibus ista Ceres.

## ELEGIA XV.

### *De Sportulæ Iudicium.*

I iuratus eram, sed fors cupis antè docerè,

Sportula responsus quæ tribuenda tuis.

Pu.

## 276 IACOBI IARDINII

Publica si totam debent æraria, causæ

In pretium ex alio ne tibi plura pete.

Sin minus, antè datas patronis consule leges: (mus.

Hic quoque multa tuis partibus apra da-  
Plurima Causidicis illic documéta paravi,

Hinc tibi quæ prosint sumere multa potes. (merces,

Sæpe tamen (moneo) tibi erunt conuicia

Pluraque, quàm nummos, improba verba feres.

Priuatim sibi quisque forû præfingit; in illo

Quis palmam causæ non dedit antè suæ?

Vt sibi mox decreta dari contraria sentit,

Illa tibi summum clamitat esse scelus.

Responso perculsa tuo, quasi fulminis ictu,

Iam rea pars in te voce tonante fremet.

Maxima diuinæ repetens miracula dextræ,

Aut cælo aut Erebo vindicæ iura petet.

Nec contenta tuas manibus discindere

chartas,

Impetet & famam lingua proterua tuam.

Iudiciis mentem videas submittere paucos,

Omnia qui dicant Numinis arte regi.

Impatiens animus stimulatus clade recēti,

Semper ait, prauo se cecidisse foro.

Sportula non alia est, quàm plenis mur-

mura plaustris,

Milleque de stygiâ dolia missa specur

Dolia Tartareas intus complexa phalâget,

Peço

Pectoris addictas ima tenere tui.

Tu caue turbatam sermo tibi vulneret au-  
rem,

Perfistat mentis qui fuit antè tenor;  
Sancta que maiestas, quouis excelsior ictu,  
Despiciat viles intemerata minas.

Ac velut aërij vertex venerandus Olympi  
Transcendit spatio liberiore Notos;  
Altior exsurgit pluuiis, spernitque sonoros  
Sub pedibus nimbos, murmuraque ima  
premit:

Sic sapiens altè populares despicit artes,  
Cuncta putans animis inferiora suis.

Stat bona mens, secura sui; sibi prouidã,  
porro

Instar habet lucri scommata cuncta sui,

## ELEGIA XVI.

### Epilogus.

Imbelles Elegi, mitissima turba, valere:

Ponitur hæc vestris vltima meta rotis.

Parcite, si tenetos per tot rerum aspera  
dixi,

Me facitis cliuio lenitis ire meo.

Diceret hæc alius Venusinis digna iugete  
vultu,

Q

IN

In satyram suos dum iubet ire sales.

Ita Sophocleo vel fingeret apta cothurno;

Alite Mæzonij carminis alter agat.

Ille Theoninâ dentatas arte papyros

Vibret, & Archilochi grande recudat opus:

Me mea delectat perstringere nescia quæquam

Musa, per vndenos ludere nata pedes:

Nudaque simplicitas, & cordis candor amici,

Duxerunt Elegos ad fora docta meos.

Non vel ut in causis vitij genus omne referrem,

Perque reformandi tot freta iuris eam:

Non ut scruposâ quatiâ formidine mentes,

Inijciamque nouâ religionem metim.

Illâ nec in totam spatium crimina gentem

Arguo; si nullis detinere, bene est.

Surpe quod esse potest monstro, non protinus esse

Criminosi; indicij culpa sit vlla mei?

Forsthan hæc aliquis sibi nota aut parua vocabit,

Aut nimium pennæ scripta seuera meæ.

Quis timet à minimis, maiora pericula vitæ;

Ad grauiora parant acta minora gradu.

At quoniam variant morbi, variantque medentes,

Non

Non sunt arbitrio cuncta sequenda meo.

Quo tua censebis vitari pectora facto,

Nullum fors, alio iudice, crimen erit.

Vni quod nocuit, sanum tibi sentiet alter:

Multa cuique homini non satis apta nocent.

At nec corruptæ mores quæsiuimus aulæ;

Nec docui fucos, Maciauelle, tuos.

Si numeros æquare tuos fluxûque nequiuit

Improbe nequitia Naso poeta tua,

Nec tua tradidimus facili præcepta iuuentæ;

Non Veneri curas ingeniumque dedi.

Si tamen hæc aliquem dices cecinisse Poëtam,

Nec tibi nostra aliquod sarmina pondus habent; (do,

Est leuis iactura mihi est: non omnia per-

Causidicis modicâ si famulamur ope.

Si quid id est, studio fessos grauiore leuamus,

Dum subit alternas pagina nostra vices.

Sunt fora quos cantata iuuent; hæc otia quondam

Desidiamque fugant, officiique monent.

Nec tibi turpe putes, ab Apollinis arte doceri;

Nec leges Musæ dedecuisse meos.

Sic Minos rigidis Græcæ legibus oræ

Q 2

Tent

280 IACOBI FARDINII

Temperiem blandi carminis arte dabat.  
Aspera dum facili modulamine iussa liga-  
bat,

Lenibant animos cantus amorque gra-  
ues.

Mentibus hærebant tenero cum carmine  
leges;

Qui duras posset dicere, nullus erat.

Hoc ipsum volui : cupient hoc forte iu-  
vari

Obsequio Iudex Caussidicusque meo.

F I N I S









